



4 Inc

1404

Complet

4
Inc
1404

N^o. 7. Tabulæ
1679

Combr. Lus. pub.
dosill. da Com. 2

antonio. soarez

**Tabule Astronomicæ
Alfonsi * Regis.**

4
one
4404

4404
* 4404

+

Erhortatoria in impressionē tabularū Astronomicarū Alfonsi Regis.

Augustinus, Morauus Olomucensis Johanni Lucilio
Santritter Heilbronnensi S. P. D.



Quū temporum nostrorum conditionē mecum ipse reputo Johannes Lucili
Amice suauissime: eamq; ex priscoꝝ illorū imagine diligentius expendo atq;
pertracto: gloriari sepe non mediocriter soleo: id me potissimū etatis incidisse:
in quo post defectos pene optimarū disciplinarū fructus: is demū studiorum
ardor succreuerit: vt q̄ longa vetustatis negligentia deperierant: iam redeant
iteri: ac red in uo quodam spiritu in meliore propemodū frugem excitent atq;
repullulent. Quis enī uehementius non indoluerat: fecūdissima illa ingenia: lo-
cupletissima studia: illas in quā omnīū virtutū faces ita a splendore z dignitate
concidere potuisse vnq̄: vt eorū aliquādiu vix vestigia quedā inuenirent. Nō
Philosophia: non Oratoria: non Poetica: non Mathematica vsquā supererat
q̄n̄ feda barbaries ita sumerferit oīa: vt a clade illa longe calamitosissima: egre
nobis ad id vsq; enī respirare sit datū. Verum eniuero: quo magis illa tempo-
ra luctuosa fuere: quibus omnis studiorū bonos conciderat: eo plus his nostris
gratulandū Amice suauissimi existimo: quibus preclara ingenia ad pristinum
iterum calorem reuiuiscunt: Quin etiam si vllus apud inferos sensus inuenit:
gaudere etiam manes ipsos existimem: q̄ eorum labores exercitia: vigilie: vna
cum eis iā fere sepulte in lucē de uuo prodeant: ac multiphariā disperse in vnū
veluti corpus congragent iterum atq; subsidant. Id quū in omni disciplinarū
genere incredibilem imp:imis celeritate confectū sit: vtpote vbi ad cōmunē cau-
sam in vnū fere omnes conspirarūt: preter ceteros th̄ Georgius Durbachi⁹: et
Johannes ille de Regio mōte: viri germani: latineq; ac grece lingue iuxta eru-
diti: Sideralis sibi negocij partē eousq; tutati sunt: vt cum ceteri non nisi alias
pertractata disquirerent: hi sibi z incognita z intentata prius: proprio vt aiunt
z parte desumūt. Quū enī multos variosq; errores validius detrimpassent:
ad ea etiā animū adycere tentarūt: q̄ vetez pleriq; aut difficultate deterriti: aut
laborū pertesi itacta omnino pterierāt. Quō si vlt̄ Pitagoras ille q̄ prius gre-
cis (vt Aristoxen⁹ scribit) pondera z mensurā di rationē inuepit: Si Anaximā-
der Milesius: quia prius Celestia signa Conuersionesq; solares: Hozoscopia
et Equinoctia adnotarit: Si. L. deniq; Sulpicius apud Latinos: Z bales Adi-
leus apud Grecos quia defectus Solis z Lunc prius prodiderunt: sumo ho-
nore sūmaq; ueneratione habitis: miris laudibus efferunt: Quid tandē his iure
tribuerim: qui ea que antea tanq̄ i Apollis quodā sacello a cōmuni hominū cō-
tuitu absco deb. m̄ta nobis prodiderūt: vt omnibus famiamq; inanis fama esse
valeant z cognita. Sed quorsum ista in quibus efflagitabā abs te cōtinuo conui-

ocio Amice suavissime: tū vel maxime quū in secessu tuo Batavino ad me dīver
teras: ad ea te quōq; studia conferres: quibus exactis annis multa cū laude efflo
ruisses: Et quom̄ in his priuato tibi: satis superq; pbilosophatus sis: aliqd etiā
Incubrationū tuarū in cōmune elargireris: Quū mihi nīl tale tum suspicātū (exi
stūnabā enī cōte ocio quod tibi abunde suppeteret indulgētius aliquātisper)
Iohannes Basilius noster Regiensis vir vti scis humanissim⁹: atq; p̄ter alia
studia Medicinē ac etiā Astronomiē scicitiā apprime eruditus: nūndinīs his
Dini Antonij: ea de te referret: quē animū meum alias in te propensum ex hoc
incedibili etiā studio z volūtate tibi deuincirent. Obmitto enī id q̄ librum
quendā in matūritatibus abs te concinnatū narranterit: quom̄ id alias ex te co
gnouerim: tum illud incredibili admiratione referebat Tabulas Diui Alfonsi
Regis eo te facilitatis reduxisse: vt que non nisi maximo labore: atq; ingenti te
dio ex his disquirebamur: ea se modo summa facilitate tanq̄ vstro ingerere vi
deant. Que quū non mediocri animi alacritate acciprem: vtpote que diutur
nis meis votis responderēt: Lepi mox iacture etiā illius omnīū calamitosissi
me: quā ex imatiro funere Iohannis de Regio monte cōmuniā hec tempora
susceperāt: consolati: Quia id quod per eū fata uobis iuiderāt: ex te viro etiā
germano copiosius restituti iri contingat. Enitere igiŕ vt cepisti Amice suauis
sime. Elabora in quā enixius atq; contēder: vt ea que laboribus tuis z vigilijs cō
tūnis perfecisti: delitescet e apud te nō permittas: quin ea priūo quoq; tēpore
castigatissimis notis cōmendes: atq; in publicū bonis anibus prodire iubeas:
Ita enī optimis studijs cōsules: z nominis tui imortalitati prospicies. Vale.
Ex Gymnasio Batavino. xvi. kl's July. Anno Salutis. 1491.

II

**L. Johannes Lucilius Santritter Germanus de
Fonte salutis vulgo dictus Heilbronnenfis
Augustino Morano Olomuensi S. P. D.**

Exultarem non minori gaudio q̄ tu Augustine suauissime: q̄ ea nos tempora
incidimus: quibus omnium bonarum artium studia: non dico reuiscunt aut florent:
sed dulcissimos etiam fructus iam ediderunt: adeo ut in plerisque multis bene cum
diuino illo Romanorum seculo certaturi simus: nisi sciolorum ne dicam blateronum
quorundam alicuiusmodi sermones me mouerent: qui in solis garrientes angulis
quos scriptis aperto mare aggredi non valent: clam lacerantes canitibus petunt
moribus. Solendum profecto est nullam tam letam segetem esse: cui lappe aut lolium aut
steriles non noceant anene. Quis enim equo animo ferret eum videri Johannis de
Monte regio Astronomica diligentissimo studio maximo labore ac animi soler-
tissima indagine inuenta: ab indoctissimis ac non satis prima vel minima Ma-
theseos elementa edoctis tam impudenter carpi et damuari. Sunt plerique non me-
tior (noib⁹ parco) iuc hi Zoili ex tam impudens facinore celebres sicut: qui non in-
telligentes ab eo viro scriptum in Almagestum epitoma: plenissimaque astronomi-
ca ad totum Almagestum spectantia: ac cetera eius opera omnia Ptolemeice discipline
examissum quodammodo: defecti animo ingenio et doctrina maledictis eum incessant.
Illo potissimum miri argumeto quod multorum annorum placita quedam inuolare sit ausus
quod in dies nichilo: a inuenire non possim: aut necessarium sit tradita omnia cuiuscumque
doctrinae nullatenus a vero deum esse. At qui in libro: et in peritia eos circumfedi-
sent: admirarentur in Johanne utriusque lingue peritia: In suis dogmatibus firmissi-
mas demonstrationes. Sed forsitan non vnius hominis germani odis flagrant: sed
totius gentis. Faceat unum inuidia et rerum iusti extimator: es simus: si vita diu-
norum theorum atque reddidit: vel vno Alberto magno totus orbis germanis de-
bet: ut impudentiarum ceteros obmittat: tum physicis tum diuinis et mathematicis
disciplinis eruditissimos: quorum si nosa et libros recenserem: me prius dies defi-
ceret quam ad nouissimum peruenire. Si vero que ad quotidianum usum necessaria sunt
miris cogitatibus inuenta: commendabilior quam ipsam gentem reddunt: nulla profecto
gens hanc prestat. Plurima namque et ad pacis comoda et ad ornamenta inuenit.
Quantum vero bombardarum germanorum inuentum in bellis valeant disicte inueni vali-
dissime moles inter cetera documento esse possunt. Ut mirifica illa impressoria
arte a nostratibus inuenta silentio transcam: quam doctos monumenta non solum ab in-
ritu liberant: verum etiam copiosissime posteris tradunt. Res innumeras nostri homines
inuenere alterius dictionis et temporis. Quibus liquido perperis nostris hominibus
uos posse inuidere. Exultationi eloquio ferme ad hec tempora caruimus: quod post
Gothicum bellum: quo tempore barbaries vigere incepit: ipsa parens lingue latine
Italia suam et sermone nedum Germanie caruerat. Sed hec rerum regina oratio
spero non diu fore quod apud nostros cumulatissime erit: ut nostrum imperium Ro-
manum propria lingua non careat: et lingua Romana letet suo imperio ungi. In
qua quidem re preclarissima pro virili amice suauissime te laborasse ostendunt

Gravitas et hinc orationis tue et verborum proprietates: non etiam doctissimis Italis
dependenda. Verum his obmissis quae me hortantur ut post tot tamque inmensos ex-
haustos labores quibus Venetijs septennium fortuna me varie iactante vexatus
sum: aliquid nostris vigilijs cuidam: omne mecum consilium velim teneas: me ad
hanc diem diligenti opera et studio quae prebatissimorum mathematicorum opera curasse
ut formulis imprimenda emendatissima traderent: quo studiosi haurirent: id existimo me non in casum la-
borasse: et nunc laboro: ut Johannis de monte regio Bheniarum in Almagestum
Ptolemei meo ductu et auspicijs castigatissimum in lucem prodeat. Cui annexum
dum perquirimus librum Johannis eiusdem de omnimodis triangulis opus in
inspectione totius Sideralis scientiae utilissimum. Quae etiam nos publice profu-
tebimur: ut horum virorum quantum in me est bonos pronebas: et astronomico
negotio consulam. Nec ubi peracta erunt non crubescens cogitatio nostris
libertate donare: ut sub tua et reliquorum amicorum tutela in lucem tuta prodeant.
Interim Divi Alfonsi astronomi exactissimi tabulas: in facillimum orationem no-
stra opera redactas accipies: ne quis amplius difficultate perterritus relicto
principio tabularum ad alios minus veritatis se conferat. Quibus aliquas etiam
tabulas addidimus: quo opus completum esset. Nec non canones partim a me
confectos: partim ex plurimis laudatis auctoribus excerptos adiunximus. Erunt
autem haec tabulae mei in te a moribus et observatione argumentum: donec nosti is exancla-
tis laboribus crummosis aut paria aut potiora inittamus. Vale: et me ut soles
ama. Anno Christi siderum conditoris, 1493. Idie Kalend. Nouemb. Venetijs.

Tabule
Celesti
uum Diui



Tabularum
um Aldo
Alfonsi

Regis Romanorum et Castellae Illustrissimi.

Mecum stellarum fixarum longitudines ac latitudines ipsius tempore ad motus veritatem mira diligentia reducte: Ac in ipsas primo tabulas Alfonsi canones sive propositiones ordinatissime Incipiunt felici Sidere.

Canon sive Propositio prima.



ex tabula ipsa erit manifestum.

Tres relique tabule communes: sunt edite ad reducendum annos alicuius ere ad 4 3 2 et 1. Quarum prima est ad reducendum annos solares bisextiles. Que in tres diuiditur particulares tabellas. Prima earum est de annis collectis. Secunda de annis expansis. Que quod secunda iterum in tres subdividit particulas. Particula prima est de annis expansis: quorum quatuor est bisextilis. Secunda de annis expansis: quorum tertius est bisextilis. Tertia est de annis expansis: quorum secundus est bisextilis. Tertia pro particularis tabella est de mensibus: et etiam diuidit in tres partiales tabellas. Prima earum est de mensibus incipientibus a Januario. Secunda de mensibus incipientibus ab Octobri. Tertia de mensibus incipientibus a Septembri. Et in qualibet istarum mensibus replicantur: Quia supio: in primo loco ponitur mensis anni non bisextilis. Secundo in inferiori mensis anni bisextilis. Secunda tabula communis est ad reducendum annos solares uel bisextiles: habetque particulares tabellas quatuor: videlicet tabellam annorum collectorum: tabellam annorum expansorum: et tabellas duas diversas mensium. Tertia tabula communis est ad reducendum annos Arabum: qui sunt anni lunares. Que etiam habet tabellas quatuor: videlicet duas annorum collectorum. Tertia annorum expansorum. Quarta mensium Arabum. Quarta tabula ultimo tabula omnibus erit

fol: 36

fol: 37

A
B
C
D
E
F
G

fol: 41. v. r. r.
v. r. r. u. q.

generalis cōposita adiacet: ad reducendū quasuis eras p annos latinos Alfonsi regis. Quæ scdm numerū nonē erarū in tabellas nonē particulares annoz col- lectoz diuidit. Quas tabella cōis illis annoz expasoz vna cum tabella in casū bis replicatoz à Junio inchoantiū. s. non bisextilū supius: inferius autē bisexti- lū subsequit in calce. Quæ e qdē singula tituli tabularū tabellarūq; particulariū positi in frontelucide indicent cuiūq; intuenti. ¶ Sed lucidioris intelligētie gra hic est animaduertendū: q; anni collecti dicuntur hi qui descripti in tabulis p 20. annos a se inuicē dūtant: vt in principio tabularū extractionis erarū in pmo ordine numeroz facile intelligi potest. Addeō enī ad priuos annos collectos 20. statim ex crescūt priuē sequētes. Anni 20 expāsi dicuntur hi q; p. 20. extensi se ptinuc sine interrupte sequuntur: vt ad sensum in tabellis annoz expāsoz videf. Ubicūq; autē lra. b. in tabella annoz expāsoz inuēit positū: annū fore bisextilē designat. Annus dō sequēs priuū post bisextilē intelligit: deinde secundus: dein de tertius. z sic consequēter: vt in tabellis ipsis annoz expāsoz sicuti z in ceteris intueti eas apparet manifestissime. ¶ Pcterea non displicebit intelligere non absq; causa tabulas tempoꝝ z erarū tabulas motuū antecedi. Tempus enī vti apud Aristotelem quarto phisicoz legitur: est mensura motus priuū mobilis. Cum igit motū quempiā celestiuū intelligere desideram: necessaria est nobis tē poꝝ p: recognitio ex tabulis tempoꝝ: vt cognita tēpoꝝis dimensione motū cor- respōdentē sibi deprehēdam: ex tabulis ipsoꝝ motuū. ¶ Pcterea astronomi priores motus corpoꝝ celestiuū diligētissimū cōsiderationib; obseruātes: eosdē alio z alio tēpoꝝ: tempoꝝib; .s. sub diuersis regū siue principū diuersarū nationū posteriorib; descripserūt. Quæ qdē itēu nationes diuersam quātitatē annū atq; principiuū variū faciunt. Annoz nāq; aliū Romani siue Solares: aliū Arabū siue Lunares. Et de solaribus aliū bisextiles: aliū non bisextiles. Et de bisextilib; aliū incipiunt a primo anno post bisextū: quidā in secūdo: z quidā in tertio. Et qdā a Januario incipiunt: aliū autē in alijs mensibus. Hæc de re igit vt tabularū istarū doctrina sit cōis oib;: diuersæ regum z principū ere: z annoz quātitates atq; inītia in istis tabulis erarū cōscripta inueniunt. Quæ in expositione tabularū earūndē liquido patuit. Et tituli earum cuiilibet non crasso ingenio eas intuenti lucidissime cōmonstrant. ¶ Ceterū non in cōmodo z hoc quidē est hic notandū q; in tempoꝝū distinctione: quā vnlguis annis mensib; z diebus ac horis per agit: ad vsū tabularū istarū Alfonsi: vt diuisio tempoꝝ diuisioni motuū cor: respō- det: incedimus modo pbisico: p numerū. s. sexagenariū. Illicq; via incedimus duplici: colligendo. s. z frangendo. Colligimus nāq; dies ab vno vsq; ad sexa- ginta. z vocamus dies Prima. z cum collecta fuerint. 60. Prima: ponimus pro eis vnitatē: z vocant illa q; ibi colliguntur Secunda. z cū pnerint. 60. Secunda pro eis ponimus iterū vnitatē: z vocamus Tertia. z cum de illis colligim; vsq; ad sexaginta: pro illis etiā ponimus vnitatē: z vocant illa Quarta. Dicat ergo ergo vnitatē q; dies vocant Prima: z. 60. Prima faciūt vniū secundū: qd; dieb; 60. equalet. Et 60. Secunda vniū Tertiū valet: qd; diebus. 3600. equialet: qui fere decē sunt anni Romani. Et. 60. Tertia vniū constituit Quartū. quod die- bus. z 16000. equipollet. qui annos fere. 600. Romanos comp: ebēdiunt. Et vt

tra Quarta non progredimur nostro evo: cum multo plures essent anni q̄ in di
 genus ante q̄ sexaginta Quarta compleverit. Essent enim plus q̄ 36000. anni.
 Que quidē Prima Secunda Tertia z Quarta ita in ordine se habent: vt semp
 maior sumā z prior in tempore prius z versus sinistrū i. scribat̄ more Arabum:
 minorq; z posterior: secundario et versus dextrum locetur in numero: ū tertiu.
Cstrangendo 80 tempus s̄str p sexagenariā incedimur diuisione. Dimidimus
 uāq; dies (quos vulgus horis. 24. distinguit) per sexaginta particulas equales:
 quas vocamus minuta dierū. Et quodlibet inmutū in. 60. Secunda. z quodli
 bet Secunda in. 60. Tertia. Et ita consequēter vsq; ad Quarta Quinta Sexta
 Septima z Octana zc. agere liceret: diminuendo si videret. Tempoz autē hu
 iusmodi diuisio est multū pueniēs ad inueniēdū mor̄ celestes: cū distinctio mo
 tūū (vti mor̄ subsequēter patebit) sit p. 60. Statim enī cū scio q̄ aliqs planetaz
 moueat̄ in die p̄ vñū q̄. scio q̄ in. 60. dieb⁹ mouet̄ p̄ vñū signū: qd̄ valet. 60. q̄. Et
 in vno minuto diei: qd̄ est sexagesima particula diei mouet̄ p̄ vñū minutū: qd̄ est
 particula sexagesima gradus. Et ita de alijs pariter est intelligēdū. Fractio autē
 hec t̄pis vti iam dixim⁹ ex tabellis cōuersionis horarū z minutoz zc. in minuta
 dici zc. z ecōtrario zc. facillime intelliget̄. Sunt enī due tabelle quas tituli eaz
 ostēdent. Quarū dispositio hec est. Tabellarū istarū prima in duas tabellas par
 ticulares diuidit. Prima inseruit p̄uersioni horaz tū in minuta dici. Secunda
 p̄uersioni in minutoz secundoz z tertioz z quartoz i minuta z secunda z tertia z
 quarta dici indifferēter: vt in sua patebit p̄ositione. Mutat̄ enī ibi denomi
 natio subscriptionis: vt si prima linea sunt minuta hore: in prima linea edirecto
 sunt minuta dierū. Si secunda: p̄oxima linea sunt secunda: z sic de alijs. Diuis
 rei ratio ē: quia sicut se habz̄ minuta hore ad minutū dici: ita se habz̄ secunduz
 hore ad secunduz diei zc. Secunda tabula inseruit cōuersioni minutoz secun
 doz in tertioz z quartoz zc. diei in horas z minuta z secūda z tertia z
 quarta zc. ratione qua supra. Necessitas prime tabelle fuit: vt cognitio horis equalibus z
 minutis zc. transactis post aliquē di: completū: q̄ p̄ operationes instrumētoz vel
 p̄ horologiz scim⁹: possem⁹ motus eis correspondētes p̄ istas tabulas inuenire:
 cum dies naturalis vti dicitur ē: hic nō i horas: sed in minuta diez distinguat̄.
 Secunde autē tabelle. s. p̄uersionis minutoz dici zc. in horas z minuta zc. necessi
 tas fuit: vt cognita aliq̄ p̄iunctione vel eclipsi z huiusmodi: z hoc p̄ tabulas istas:
 in quib⁹ operamur p̄ minuta diez: z non p̄ horas: sicut dicitur est in p̄cedentib⁹.
 sciremus horas z minuta horaz zc. minutis diez z secundis zc. equiualentia:
 vt t̄ps illud p̄ ista q̄ p̄ horas distincta sunt possem⁹ si opus esset obseruare zc.
CDistinctio autē motuz celestiu z nō dissimili sit via q̄ in t̄pe. Gradus uāq; q̄
 est pars sexagesima signi p̄fici: quoz sex faciūt circūlū v̄ revolutionē. Vel tri
 gesim⁹: ps signi cōmūis: quoz duodecim faciunt circūlū sine revolutionē. Diei f
 ho: in loco. s. in collectiōe motus integruz. Hic enī collecti fuerint. 60. gradus:
 ponit̄ p̄ eis vñū signū p̄ficiēz. in istis tabul̄ frequētius: licz in nōnullis tabu
 lis hic insertis: s. 30. gradus colligunt̄: p̄ eis ponit̄ vñū signū: cōmune: vti pa
 tebit opanti. In fractiōe s̄t mor̄ diuidit̄. q̄. in. 60. m. z minutū. i. 60. z. z secun
 dum in. 60. q̄. z tertium in. 60. q̄. z ita si libuerit vltra modo illo quo sit in t̄pe.

Ratio autē istius: est Astronomi operationes suas vt plurimū sexagenario numero perficiūt: est ista. Tempus enī & motus celestes sunt de numero conti-
nuorū. Continū autē licet potest suscipere diuisione quantamcūq; est enī diu-
sibile in semp diuisibilia: En quia nullus numerus sub centū est ita aptus ad di-
uisione vt sexaginta. Diuidit enī in duas partes: vt in ter 20. Diuidit in quatuor
partes: vt in quater. 15. Diuidit in quinque partes: vt in quinq; 12. Diuidit
in sex partes: vt in series. 10. & ita consequēter &c. Merito ergo astronomi cal-
culantes i tabulis: suas operationes numero sexagenario frequētius perficiūt.

Ultimo hic non est ignorandū: qd Era est tēporis dignitatis honoris vel me-
morie grā inchoati ab aliquo eno regni sine principū digno memoria vsq; in
aliud considerationis sine propositū tempus cōmoda cōmunicatio.



Tempus igit quodlibet: hoc ē Muncz annor mensū atq;
dierū a principio alicuius ere note incipientiū trāfactorz
ad 4 3 2 et 1 per tabulas ad hoc factas reducē: sine erā
aliquam constituere. Intra q̄ cum numero annorū colle-
ctorz in tabulas deservientes illi ere: scdm qd potes vide-
re p titulos tabularū. Et si prescise poteris numeros illoz
annor inuenire: inuenies in directo 4 3 2 et 1 illis an-
nis equipollentia. Si vō non inuenies prescise: accipe
numerū minorē propinquiorē & 4 3 2 et 1 que inuenies in directo scribe e-
xtra ad partē eodē ordīne quo sunt. Deinde residū annor vel minorē propin-
quiorē quere vt prius in eisdem tabellis: et 4 3 2 et 1 ibi inuenta scribe extra
sub alijs: quodlibet sub suo genere. s. 4 sub quartis 3 sub tertijs &c. & iterū intra
cum residū: si sit residū: intrando in tabulas tam annor collectorz qd expan-
sorz quoties oportuerit. Et sicut cū mensib; cōpletz opare i tabella mensū supiorz
sive priorz si ann; fuerit eois vñ nō bisextil; sive inferiorz vñ posteriorz si fuerit bis-
extil; sp subscribēdo eē sub alijs qd inuenies i directo: qdlibz sub suo genere: quo-
vsq; totū muncz ānoz & mensū tolles. Si aut restāt aliq dies de mēse impfecto:
quia ipsi sunt prima: scribe eos sub alijs primis. Quo facto aggrega omniū ad
inuiç: incipiendo a primis. Et si ex aggregatione istarū ad inuiç excreseūt. 60.
adde vnitatē in ordine secūdoz. Eodem modo si ex aggregatione secundoz ad
inuiç excreseunt. 60. adde similiter pro illis vnitatē in ordine tertioz. Et etiā si
aggregatione tertioz ad inuiç excreseūt. 60. adde pro illis vnitatē in ordine
quartozi. Residua vō sunt in locis proprijs. Quo facto 4 3 2 et 1 que in toto
numero annor in mensū & dierū propositoz cōtinebant: tibi pueniēt. Et era quā
volebas est constituta.

Et vt res he facilius capiant vtamur exemplo.
Vna qd cupianus reducere annos & dies qui trāserunt a tempore
ere Chriſti note vsq; ad annū propositū sine currentē. 1492. die. 20. Junij. In-
trabo igit cum numero annorū propositoz cōpleto. s. 1491. in tabulam propriā
cōmūne annis Chriſti. sed non inuenio in linea numeri annor collectorz. 1491.
simul: sed bene inuenio. 1000. & in directo e. inuenio 4 . 1. 3 . 41 . 2 . 27 . 1 . 30.
que seribo extra ad partē: scdm ordinē eoz quo ponent. & remanent anni 491.
quos iterū in eadem tabella annor collectorz quero: & eos non inuenio prescise

pro tabula dicit
hinc hinc hinc

pro tabula p
inductio

37.

sed bene inuenio. 400. annos. z in directo eorū inuenio 4. 0. 3. 40. 5. 35. i. 0 que scribo extra sub alijs quodlibet sub suo genere: videlicet 4 sub quartis zc: et remanēt anni. 91. quos iterū in eadem tabella annos collectos quero. z eos iterū non inuenio prescise: sed bene inuenio numerz p:opin quos: ē minorē. s. 80. et in eoz directo inuenio 4. 0. 3. 8. i. 7. i. 0. quos iterū scribo extra sub alijs quodlibet sub suo genere zc. vt supra. z restant anni: qui non inueniunt in tabella eadem annos collectos: cum illa non habeat ita parū numerū. incipit enī a 40. Intro igit in secundam tabellam: que defernit annis expansis Christi: z inuenio intentū. s. annos. 11. z in directo eoz inuenio 5. 1. 3. 6. i. 57. que iterū sub alijs extra scribo: quodlibet sub suo genere zc. Sed si forte non inuenirē proposito ita prescise: vputa si residui annos cum quo intrarem in hanc tabellam annos expansos essent anni. 26. intrarem primo cum annis minoribus p:opin quos: s. 20. z quod in directo eorū inuenirē scriberē iterū extra sub alijs zc. Deinde cum residuis. 6. annis iterū intrare in eandē tabellam annos expansos: z quod in directo eorū inuenirē scriberē similiter extra vt supra. Sed redcaui ad eam propositā nostrā: vbi remanent ex predictis annis expansis menses. 5. quos quia est annus bissextilis quero in tabella inferiori mensium Christi: z est residuus completus. z in directo eius inuenio 2. 2. i. 32. que similiter scribam sub alijs zc. vt supra. Et vltimo residui sunt dies. 20. qui quia sunt prima eos scribo sub primis. Et deinde omnia ista aggrego ad inuicē: quodlibet ad suum genus scdm modū supra dictū zc. z numerus quartor tertior secundor z primor qui prouenerit: est numerus quem volebamus. s. eram anni chrētis. 1492. die 20. Junij reductā: ita videt 4. 2. 3. 31. i. 14. i. 39. Que oīa i operatiōe supposita cernere liq̄dissime poteris. Numerus ānoz. 1492. Die. 20. Junij. cur rennū. Numerus annos pfector. 1491.

Propositio secunda.



Re alienius ignote quarta tertia secunda z prima a principio alienius ere ex eris in istis tabulis

Menses. 5.	Dies. 20.	14	3	2	4
Anni collecti	1000	141	27	30	
Resid. collector	400	0	40	30	0
Resid. unū coll.	80	0	8	7	0
Anni expansi	11		1	6	57
Menses	5			2	32
Dies	20				20
Era			2	31	1439

positis transacta vel incipientia per aliquam aliam eram cognitā inuenire. Cognitus quartis tertis secundis z primis a principio alienius ere note z propositae per primā. s. p:ecedentē p:opositionē: Tunc ex tabula differentiari vnius regni ad aliud: scias differentiā inter eram cognitā z incognitā: aut e conuerso: videlicet quot 4 3 2 et 1 sint inter eram tibi notā z aliam ignotā. quā differentiā serua. Deinde scies etiā vtrum era cognita precedat eram incognitā: aut e conuerso. Quo cognito adde differentiā. s. 4 3 2 et 1 que sunt inter duas eras ad 4 3 2 et 1 que habes: si precedat era ignota. vel subtrahere eandem si subsequat. Et numerus post augmentū vel diminutionē pueniens ostendit 4 3 2 et 1 a principio illius ere incognite pertransita vsq̄ ad tēpus cōsiderationis tue: vel tempus p:opositū. Verbi grā

** hujus contra nescis quia, tunc si ad delinens ad huc ante, quod si scio quibus sit ad id natu, et
scio quibus sunt delinens ante repon nescis, quod est in differentione 8 et delinens et repon et
ita p. dicitur expedita et proficit 37*

Uolo ere ignote. f. a tempore dilunij vsq; modo quarta tertia zc. scire p quarta
ter ia zc. transacta a tēpore ere Chisti vsq; in tēpus presens. f. ad vigesimū diē
Junij anni currētis. 1492. que mihi sunt nota p propositionē primā. f. preceden
tē primo. z sunt 4. 2. 3. 31. 2. 14. 7. 39. Tūc vidēbo in tabula differētiarū zc.
q̄t 4 3 2 et 1 sunt inter Dilunij z Chisti. z invenio 4. 5. 3. 14. 7. 42. 1. 39.
que addam ad illam quam habui: quia Dilunij precessit Chisti. z proueniunt
4. 7. 3. 46. 2. 1. 7. 58. Et est propositum.

Propositio tertia.



Re alienius q̄rtis tertijz secundis z primis cognitie: numerū
annoz mensū z dierum in eis contētoz inuenire. Et est con
nectum p̄inc̄e propositionis. Si volueris hoc: Intra cum nu
mero qua toz zc. a principio alienius re pertransitoz in ta
bulam propriā illi ere: que tibi per titulos patebit videlicet
Quere enim numerū in quattuor ordinib⁹ numeroz sequen
tib⁹ ordinē primū. f. annoz collectoroz. Et si cū numerū poteris
precise inuenire: annos quos inuenieris in directo scriptos in primo ordine nu
meroz: sunt anni quos queris correspondentes. Si autē ea precise non inuenieris
tunc quete etiā in eadē tabella numerū minorē propinquiorē. z numerū annoz
in directo inuentū extra scribe. Postea illa 4 3 2 et 1 quoz numerus erat mi
nor q̄ numerus illoz cum quibus debebas intrare: subtrahē ab illis. z cum re
fiduo. vel cum minore propinquiori intra iterū tabellam eandē. vel annoz expā.
forū: in quibus poteris illū numerū vel minorē propinquiorē inuenire. z semp̄
numerū annoz in directo inuentoz scribe extra sub alijs primis scriptis. Deinde
semp̄ enim residuo toties: s intra tam in tabellas annoz collectoroz q̄ expansoz: z
etiā mensū: semp̄ subtrahēdo vt prius. Et annos z menses quos in directo eozū
inuenieris: sub alijs annis scribe: que usq; nihil sit residu de propositis q̄rtis ter
tijz secundis z primis. Vel salte si sit residu: z sit ita parū q̄ non possit complere
mensē sequentem: tunc illud residuum erit dies mensis incompleti sequenti
mensē quos per operationē inuenisti. vel erit dies primi mensis nendū copletis
si nullū mensē habuisti. z qd̄ puenit: est propositū. Sciendū q̄ tū in ista pro
positione z in precedenti: q̄ si annus incompletus fuerit cōis vel non bisextilis
operiet te intrare in tabellam mensū vel superiorē vel priorē. z si fuerit bisexti
lis: intra in tabellam mensū inferiorē vel posteriorē. Sic enī menses in tabella
suis duplici positione (ratione op̄is: ū cogēte): artūcti esse offerēt. Cuius
rei hoc vide exemplū. Sit Ere Dilunij numerus reducēdus in annos z menses
Chisti zc. iste. 4. 7. 3. 46. 2. 1. 7. 58. Sed quia quētedo illum numerū in ta
bula propriā. f. Chisti in quattuor ordinibus numeroz post lineam numeri an
nozū cum precise non inuenio: accipio igif numerū minorē propinquiorē ei:
hunc videlicet 4. 6. 3. 45. 2. 50. 7. 0. cuius annos in directo sibi correspondē
tes scribo extra: videlicet. 4000. Residuū ex subtractione minoris a maiori nu
mero: iam habitoz proueniens est iste: videlicet 4. 1. 7. 0. 2. 11. 7. 58. Sed

querendo in tabula istu nūez eum itez nō inuenio precise: accipio ergo iterum numerū propinquoze: hūc videlicet 4 . 0 . 3 . 50 . 2 . 43 . 1 . 45 . Cuius annos in directo sibi correspondentes iterum extra notabo: videlicet, 500. Residūū quoz iterum ex subtractione minoris zē. pueniēs est hoc: videlicet 3 . 9 . 2 . 28 . 1 . 13 . Sed querēdo itez nō inuenio eū vti d. numer^o minor propinquo: est iste 3 . 8 . 2 . 7 . 1 . 0 . Cui^o anni correspondētē sūt. 8. Residūū iterū mō q̄ 6 . pueniēs ē h. 3 . 1 . 2 . 10 . 1 . 13 . Quod querendo quia non inuenio id in tabula annoz collectoz: sed in tabella annoz expansoz: non tū precise inuenio. iccirco accipio iterum numerum propinquoze minorē: hūc videlicet 3 . 1 . 2 . 19 . 1 . 8 . Cuius annos correspondētē iterum noto extra: videlicet, 13. Residūū vltimo ex his subtrahēdo proueniēs: quia querēdo ipsum non inuenio in vtrifq; tabellis: inuenio id in tabella mensium inferiorū: quia annus est bisextilis: sed non precise. Mīno: igit̄ z propinquo: est iste: videlicet 3 . 2 . 7 . 5 . Cui correspondēt menses, 4 . Et ex subtractione istozum vltimo duozum restant, 5. qui sunt dies. Qui anni ita extra scripti simul additi erunt illi quia quartis tertijs zc. illius ere continebant numero. f. 4593. ad menses, 4. Dies, 5. Et hoc est propositum. **C**eter istam propositionē z duas precedētes Ere cuiuscūq; volueris poteris habere noticiam: dum tū aliqua ex eis hic positio sit tibi nota. **N**otes enī verbi grā cognoscere p primā propositionē 4 3 2 et 1 transacta a tēpore Christi vsq; in tēpus presens. **P**er tertiā hō propositionē 4 3 2 et 1 a tēpore Diluuij vsq; ad tēpus Christi. **E**t per presentem propositionē poteris scire annos a tēpore diluuij vsq; in presens tēpus. **E**t est idem in omnib^o alijs eris zc.

Dopositio

Quarta.



Duarum propositarū: z minutoz hore: z aliarū fractionū ad minuta z alias fractiōes dierum per tabulas ad hoc factas reducere. **C**ū tibi hoc cōnigerit scire **I**ntra tabulā cōuersionis horarū in minuta z 2 dierū: z quere numerū horarum propositarū in linea que intitulat **H**ore. z minuta que in directo inuenies scribe extra. **D**einde cum numero minutoz hore intra tabulam que intitulat **T**abella ad sciendum minuta dierum z eoz fractiōes per minuta horarum zc. z querendo numerū minutoz hore in linea numeri: z illud quod inuenies in proxima linea post lineam numeri sunt minuta dierum: z in sequenti 2 postea 3 sicut pater p subscriptionē. **D**einde si habes 2 hore: intra cum eis in eandem tabellam in linea numeri. z tunc illud quod inuenias in proxima linea post lineā numeri: sunt 2 dierum: z in sequenti 3 postea 4. **U**ltra si intras cum tertijs horarum: tunc in proxima linea sunt 3 dierum. **E**t ita si cum q̄rtis horarū intras: tunc in proxima inuenta linea sunt 4 dierum. z sic de alijs. **Q**uo facto adde omnia ad inuicē quodlibet ad suū genus. z quod post additionē puenierit: erunt in minuta z 2 z 3 et 4 dierum: hōis propositis z horarū minutis secundis z tertijs equiualentia. **S**int exēpli causa hore, 14. in 36. hōis primo, 14. in linea numeri horarū inue-

fol. 72. A

100. 245.

tis inuenio in directo die. 0. m. 35. 2. 10. Similiter inuente minutis horari. 36
 In linea numeri minutoz: inuenio in directo eoz m. 1. 2. 30. Similiter in eisdē
 lineis numeri inuentis secundis. 45. inuenio in directo mutando denominationē
 2. 1. 3. 52. 4. 30. Que simul addita sunt in diebus. 36. 2. 31. 3. 52. 4. 40. Et
 ita in ceteris. Et habes propositum.

Propositio Quinta


fol. 12. B.

Inuta dierum et 2 et 3 etc. ad horas 2 minuta horarum etc.
 reducere: 2 conuersum propositiois precedentis. C Numeri
 minutoz diez quere in linea numeri in tabula que Con-
 uersionis minutoz dierū in horas 2 minuta horarum etc. in-
 scribitur. Et numerus quem inuenieris in proxima linea: sunt
 hore: 2 in sequenti minuta horarū: sicut supra scriptio mani-
 festat. Scribe ea extra. Deinde intra cum secundis dierū
 in lineam numeri in eadem tabula. 2 tunc quod inuenieris

in proxima linea sunt minuta horarum: 2 postea 2. Scribe ea sub alijs prius scri-
 ptis: quodlibet sub suo genere. Deinde intra cum tertijs dierum si habes 3. 2 il-
 lud quod inuenieris in proxima linea sunt 3 horarum: deinde 3. Scribe ea sub
 alijs prius scriptis. Et sic semp mutat denominationē supra scriptiois scdm diuer-
 sos introitus. Quo facto adde omnia ad inuicem: 2 resultaus propositū. Hec
 quia facilia sunt intellectu industrie cuiuscumq; relinquunt exempla.

Propositio Sexta.

fol. 13. A.



Quam anni mensis vel diei cuiusuis: hoc est feriam: per tabu-
 lam ad hoc factā inuenire. C Reductio anni mensib⁹ 2 die-
 bus ad 4 3 2 et 1 per primā huius: Accipe ex tabula notarū
 anni scribendo ex radice id est numerum feriarū per quem
 intrant illa era ad quā operas: quā habes in tabella in fron-
 te tabule. Deinde cū numero quatorz intra tabulam Notarū
 in linea numeri cōmunis. 2 numerū inuentum in directo sub
 numero tituli quatorz scribe extra sub numero radicis. Eodē modo fac de ter-
 tijs secundis 2 primis: scribendo vnū sub alio. Postea totū adde simul. 2 quod
 puenit: p septē diuide. Aut aliquid erit residuū: aut nihil. Si nihil: dies sequēs
 intrabit in primā feriam: hoc est dñica die. Si pō aliquid fuerit residuū: tunc in-
 irabit per talem feriam qualis est numerus infra. 7. remanēs. Ut exempli grā
 Si velim inuenire quotta feria sit dies. 21. Junij anni currētis. 1492. huius inc-
 sis vsq; ad. 21. diem exclusiue Junij est era p primā reducta hec 4. 2. 3. 41. 2. 2131
 19. 3. 19. Accepta radice incarnationis ex tabella: videlicet. 7. inuenta 2 scripta
 Deinde cū numero quatorz ere que sunt. 2. in linea sub titulo quatorz accipio
 2. que scribe extra. Deinde cum numero tertioz que sunt. 3. in linea sub titulo
 tertioz inuenio. 6. que scribo sub alijs. Cū numero. secundoz que sunt. 19. acci-

13

2131

131

pe fitr sub secūdoꝝ titulo numerū inuentū. f. 6. qui sub alijs scribēdo cū sit posi-
 tus: iterū cum primorū numero. f. 19. sub titulo primorū accipio numerū. 5. que
 simul addita sunt. 26. Que deinde diuisa per. 7. erit residuum diuisionis nume-
 ri. 5. qui demoustrat qd dies ille. 21. Inijest. quinta feria incipiēdo numera-
 re ad hīca: hoc est dies Jouis. Et habes propositum.

Propositio Septima.



Motum celestium queuisbet verum: id est punctū Zodiaci
 in quo motus sit centraliter celestis corporis: Secundi vi-
 delicet mobilis: hoc est Augium z Stellarū fixarū Sideree
 sphere: hoc est trepidationis vcl Accessus z recessus. Item
 Solis et Lune Planetarūq; ad quodcuq; tempus datum
 sine etiam datam. ad quemcuq; meridianum per tabu-
 las ad hoc factas inuenire. Cū autem motum verum quemcuq;
 inuenies per ꝑ facile: si triū tabularū (que huius rei gīa sunt composite) dispo-
 sitionē prius intelliges. Sicut enī pro inuentione cuiuscūq; veri motus ad tem-
 pus datum necessario concurrunt tres res. f. Radix: z Medius motus: z Equatio:
 quibus verus motus elicit. Ita z tabule tres hui⁹ rei gīa sunt cōposite. Quarū
 prima est tabula radicū. Secunda tabula mediū motus. Tertia tabula equatio-
 nū. Quarū expositio quo ad dispositionē z operationē o: dine subsequitur gra-
 tia maioris cōmoditatis. C Sed anteaꝑ ad rem ipsam accedamus: cū in tabu-
 lis his motū vcl plurimū signa planetarūq; vt breuitati cōmode cōsulet: caracte-
 rib⁹ suis notati inueniunt: ne quēq; curiosū eorū ratio latens perturbet: eā expo-
 nere hic volum⁹ consulo. Characteres enī signorū figurant seu scribunt p re-
 spectū ad imagines quibus ipsi nomina sunt i celo sortiti. Aries enī p cornua
 ipsi⁹ characterisat: vt sic ♈ Taurus p cornua in capite: sic ♉ Gemini p duos
 tractus cōiunctos: que amplexū castoris z pollucis designāt: vt sic ♊ Cancer p
 oculos cōtra se positos Ille enī piscis oculos trāspostos facie z a tergo habere
 videt: vt sic ♋ Leonis figura p caudam ipsius a posteriorio: ib⁹ demissam figu-
 ratur: vt sic ♌ Virgo p fimbriā pallij virginatis significat: vt sic ♍ Libra p
 figurā illius instrumenti: vt sic ♎ Scorpi⁹ p aculeū post duos tractus emissum:
 vt sic ♏ Sagittarius p simplicē sagittā: vt sic ♐ Capricorn⁹ p pedē sup quē
 chorda trahit: vt sic ♑ Aquari⁹ p aquā guttatim defluentē: vt sic ♒ Pisces
 per duos pisces do: so cōiunctos: vt sic X. C Planetariū ꝑo characteres figu-
 rant seu scribunt p respectū ad imagines: quibus diui homines effiotione poe-
 tica apud grecos effingebant. Saturnus enī effingit iū figura hominis senis
 incuruati cū falcastro z ideo character ipsius est ad similitudinē quandā talis ho-
 minis ♄. Iuppiter autē q est fulminū dñs z anctor: qd fulmen triplex apud
 philosophos inuenit. f. tangēs findens z adurēs: pro tanto sic characterisat ⚡
 ad denotādū fulmen triplici tractu. Mars autē cū sit dñs armorū z bellit: celo
 bellico signat: vt sic ♂. Deinde Sol quoniā figura Appollinis poetice effingit
 habere in manu pomū aurēū. circulo eiusdē pom i similitudinē habente figurat

*Et nomina ipsorū
 ponunt p res
 pectum ad in-
 uentia ꝑoꝝ.*

vt sic **Q** Ueneri autē figura ga duplicita tela gestat: aurea videlicet z plumbea quibus solet ferire amantiū corda: ideo duplici fractu recto figurat: vt sic **Q** Deinde sequit̃ Mercurius: quem cum galero (ad designandū per ipsūm sapientiam operantem) depingunt: At cum alis ad pedes: volentes ipsius officium designare: videlicet esse deorum velocem nunciū. Idco sic caracterisat̃ **Q** Ultimo Luna sub semicirculari: qua pluries i celo p̃spicit̃ figura subest: vt sic **Q** Non tñ negemus quia z isti characteres aliter figurari possent: cū z iam diu eos aliter figuratos apud plures inuēnimus beneplacito suo cōsuetudineq; ducti.

fol: 94 et 96: et 96.

Propositio

Octaua.



L X tabula radicū radicem quamcūq; inuenire. Dispositione tabule radicū cognita: inuētio radicis facilis erit. Tabula radicū quia cōiunctis est ceteris: radices omnium motū z argumentoz in medioz cōtinet in tabellis. 17. particularibus: quibus diuisa est. Et quelibet tabella in decem: iuxta decē eras hic positas diuidit radices illis eris inferentes: vt nemini cuiuscūq; nationis z vsus erarum calculandi ex his tabulis motus denegat cōmoditas. Sed quia nos ob honorem dñi nostri Iesu Christi potius sua era sacra (vti christiani noniuis homines decet) vtimur: z frequentissime radices omnes incarnationis Christi conscriptas motū in singulis tabellis: vt promptior esset nobis eoz inuētio volentibus ipsis vti character e crucis in principio posito notari non incōmode. Que omnia in tabula ipsa manifestissima sunt. **C** Est z hic notandū: q; tabula ista est prima tabularum motū: Nam ad inueniendū aliquē motum ea primo indigemus. z absq; radice impossibile est aliq; posse motū inuenire. Unde sciendū: q; radix motus alicui; nihil aliud est q; locus circulo signoz in quo fuit ille motus in principio illius ere cui; est radix. Verbi gratia. In tabula radicis Solis radix incarnationis Christi est **β. 3. 38. in. 21. 2c.** hoc est dicere vbi terminat uniuersus in Zodiaco: incipiēdo cōputū ab Ariete in meridie vltime diei Decembris: sine in principio Ianuarij Ibi enī dies Ianuarij p̃m; incipit i meridie: z in sequenti primo sui ipsius desinit meridie: Dies namq; semp; a meridie diei precedentis incipiēdo vsq; in p̃ximū sequentis diei meridie durat more astronomico: z iccirco potius i meridie q; pars sit nobilio: diei: p̃p; ṽm magis z fortitudinē sol: qua radice sumis fortius z validius in hec inferiora infigit: cū sit p̃pendiculari i illa parte diei. s. i meridie sole ibidē exite. Et hoc intellige de omnib; medijs motibus. Radix vō alicui; argumēti loquēdo de argumēto i epiciclo: ē distantia corporis planete ab ange media epicicli: i principio illi; ere cui; ē radix. Verbi grā: In tabula radicū argumēti Lune radix icat natiōis est. **β. 2. 6. 19. 2c.** hoc est dicerē tēpore Christi i principio Ianuarij: vt in vltima die decēbris. sicut dixi: distantia corporis Lune ab ange media epicicli fuit tāta. Sicut enī medij in ot; cōmputant ab Ariete in circulo signoz: ita argumēta media ab ange media epicicli cōputant. **P**reterea est sciendū radices istas cōsistius tabule esse firmatas sup; meridianū Tolēt;

indest inueneri in
ultimo die mensis
si per sequentem
sem. ut sanjasi
incipiunt cōstitū
meridie vltimū diei
decembris. q. i. medij
dies p̃m; in p̃ximū
rio cōputat. sicut
nūc in i. mense
ac hebdomada h̃
dicere, ut hodie
q. i. z i. ianuarij
i meridie s̃
finitus 25. q. i. in
ap̃t̃o recta p̃p̃ta
h̃ i. s. i. medij motu
sequenti h̃ i. meridie
i. nomen diei p̃m;
incipiunt ṽ i. i. i. i.
in astronomia ut i.
hodie i. i. i. i. i.

quod est oppidū Hispanie celebratissimū: vbi tabule iste motuū olim ducta illi
 strissini Alfonso regi: Castelle factū cōposite. Nō tū ob hoc cetera loca fraudent.
 Sed quē ad modū ipis radicib⁹ nō mutatis quasi cōmunes omnib⁹ meridianis
 vtentur: ppositio sequēs primo edocebit. Dicunt aut radices iste scdm⁹ quādā
 similitudinē. Sicut enī radix in arboze est fundamentū. augmenti ⁊ fructuū: ⁊
 p̄supponit radicē in arboze: Sic motus celestiu⁹ ⁊c. inuenti ad eras hic: positas
 sunt fundamentum inuētōnis ad tempus considerationis: siue p̄positum ere
 cuiuscūq; siue p̄teriti siue futuri motus. Radicē igit mor⁹ quācūq; si volue
 ris: siue radicē Scdi mobilis: hoc est Angiū ⁊ stellarū fixarū: siue Trepidatio
 nis vel Accessus ⁊ recessus. Item Solis ⁊ Lune: Capitis Draconis. Itē radicē
 Argumētōz Lune Veneris ⁊ Mercurij. Item radicē motus Martis Iouis ⁊
 Saturni ⁊c. Radicē item Elongationis Lune a Sole: siue Argumenti latitudi
 nis Lune: querēdo eas in tabula radicū: nisi p̄d̄sus esbes sis ingeni⁹: in scriptio
 tibi radicem quā cupis p̄comodissime in sua tabella ostendet: Itcirco hic non
 occupemur c̄p̄mple.

Propositio Nonā;



MX tabulis Mediorū motuū quorūmcūq; dispositiōe earū
 cognita: mediū motū quēlibet: hoc est punctū mediū excel
 sus velocissimū motus sup̄ tardissimū centri corpoz celestz
 in Zodiaco: ad quodcūq; tempus dati siue eram data: ad
 quemcūq; meridianū inuenire. Tabularū mediōz mo
 tuū: quozū tredecī in his tabulis locis suis positi inueniēnt.
 Secundi mobilis: hoc est Angiū ⁊ stellarū fixarū. Trep
 dationis hoc est Accessus ⁊ recessus sideree sphericē. Itē mediū motū Solis: qui
 semp̄ est ⁊ Veneris ⁊ Mercurij. Et mediū motū Lune: ⁊ Capitis Draconis. Itē
 mediōz argumētōz Lune Veneris ⁊ Mercurij. Mediorū motuū Martis Io
 uis ⁊ Saturni. Ultimo tabula Elongationis Lune a Sole: ⁊ tabula argumēti
 latitudinis Lune. Earū dispositiō est cum lineis numeri: que quartis tertijs se
 cūdis ⁊ primis sunt cōmunes ere cuiuscūq;. Quibus cōdirecto unitatis denomi
 nationib⁹ motus ī signis ḡn̄ 2 3 ⁊ 4 correspondēt eis ascripti: prout p̄positio
 hęc inferi⁹ exponet: ⁊ tituli in fronte ⁊ in pede tabule cuiuscūq; admonent.



Medium igit motum si velis inuenire. Et est propositio generalis.
 Reduc totū tempus incipiēs a principio alienius ere tibi note vsq;
 ad diē consideratiōis tue (siue ad temp⁹ p̄positū) ad 4 3 2 ⁊ 1. p
 p̄ma hui⁹. Si v̄ reduc horas ⁊ minuta hōz ad minuta ⁊ 2 diēru: si
 habueris horas ⁊ minuta horarū vltra diē consideratiōis tue: siue tempus
 p̄positū: p̄ quartā Equatione tū diēru prius ab ipsis subtracta p̄ modū vti do
 cet ī tabula regionū: Et si forte loco habitatiōis siue p̄sideratiōis exigente ad
 aliū meridianū q̄ Tolcti velis inquirere motus: necesse est vt tempus distantie
 meridiani locū tue p̄sideratiōis siue habitatiōis ⁊ Tolcti interiacens addas
 tempori p̄posito ad quod vis reperire motus. si habitatio illa tua fuerit occi
 dentis.

*seruus filijs
 47. er. 30.
 er*

*et decem
 fol 35.*

dentalioꝝ Toletō. aut subtrahē si orientalioꝝ fuerit Toletō. ⁊ tempus quod post
 additionē vel subtractionē puenit: est illud cum quo operaberis. equatione tñ
 dierū. vt supra prius semp subtracta. Quo facto scribe primo radicē illius mo-
 tus acceptū per. 8. huius. s. precedentē ad tempus illius ere per quē operaris.
 Quā radice scripta extra ad partē: ingredere in tabulā illius in edij motus quē
 queris cum numero quartoz. ⁊ quod inuenieris in quarta linea post lineam nu-
 meri. s. in linea que intitulat 4: illud sunt signa. in sequēti gradus. postea minu-
 ta ⁊c. per ordinē fractionū. Scribe igit ea extra sub radice prius scripta: quod li-
 bet sub suo genere. Deinde intra cum numero tertioꝝ in eandē tabulam. ⁊ qđ
 inuenieris in linea que intitulat 3 sunt signa. ⁊ in sequēti gradus ⁊c. per ordinē.
 Scribe igit ea sub alijs prius scriptis quodlibet sub suo genere. Postea intra cū
 secundis. ⁊ quod inuenieris in linea que intitulat 2 sunt signa ⁊c. p ordinē. Scri-
 be ea iterū extra sub alijs: vt predictū est. Deinde intra cum primis. ⁊ quod in-
 ueneris in proxima linea sunt signa ⁊c. p ordinē. Scribe ea iterū extra sub alijs
 tuore iam dicto. Quo facto si habes minuta dierū: intra cum eis ipsam eandem
 tabulam: ⁊ quod inuenieris in proxima linea post lineam numeri sunt gradus. ⁊
 postea minuta ⁊c. per ordinē. Scribe iterū ea extra sub alijs. Deinde intra cum
 secundis dierū si habes 2 in eadē tabula. ⁊ quod inuenis in proxima linea sunt
 minuta ⁊c. per ordinē. Scribe iterū ea sub alijs prius scriptis. Et sic faceres si
 haberes plures fractiones temporis. Quē autē denominatio signozum ⁊ gra-
 duū ⁊c. quartis vel tertijs ⁊c. correspondeat: patet per titulum superiorē in frontē
 te tabule. Quē vō fractio gradūū correspondeat cuilibet fractioni temporum
 patet per titulum inferiorē in pede tabule. Quo facto adde omnia ad inuicē in-
 cipiēdo a subtiliori fractione. Et quotienscunq; ex additione exereuerint. 60
 ponēda est pro eis unio. Et quotiens in loco fractionis imediate grossioris. Et iste modus
 est seruāndus in istis tabulis vsq; ad signa: quia. 60. gradus valent hic vnū signū:
 vt supra dictum est. ⁊ sex signa faciūt reuolutionē vnā. Et ideo si ex additione
 signoz ad inuicē excreuant plura signa q̄ sex: subtrahē inde. 6. quoties poteris:
 et residuū serua. ⁊ illud quod prouenit: est illud qđ queris de medio motu: ⁊ est
 p:opositū. Cuius rei hoc accipe exemplum: Ut ad tempus propositū Ere
 Chisti. 1492. currēte Die. 20. Junij. Hora. 14. m. 36. volo inuenire mediū mo-
 tum Solis. Reduxi illud tempus ad 4 3 2 er 2 per primā huius. ⁊ est 4. 2. 3
 31. 2. 19. 1. 19. Sed quia horas ⁊ minuta vltra diem cōsiderationis: videlicet
 hor. 14. minuta. 36. equatione dierum que in proposito est. m. 14. 3. 36. ab eis
 subtracta erunt horē. 14. m. 21. 2. 24. Quas in minuta dierū ⁊ 2 ⁊c. conuerto p
 quartā hui⁹ ⁊ erūt. m. 35. 2. 53. 3. 20. Quē scribo ad partē. Deinde gaꝑperoz
 per annos 4: hīs accipio radicē Solis incarnationis per. 8. quam scribo. ⁊ est
 9. 4. 38. m. 11. 2. 0. 3. 30. 4. 28. Deinde in tabula mediū motus Solis cū quā-
 rtis. ⁊ sub quartis inuenio motū eis correspondētē edirecto. s. 6. 16. 39. m. 34.
 2. 38. 3. 17. 4. 41. Quē scripta sub radice ingredioꝝ eodem modo cū tertijs. s.
 31. sub tertijs in eorū directo inuenio. s. 33. 3. 18. m. 8. 2. 16. 3. 58. 4. 12. Quē
 sicut scripta sub radice: deinde cum secundis. 19. in directo eoz sub secundis inue-
 nio 3. 18. m. 33. 2. 28. 3. 12. 4. 5. Quē scripta vltimo cū primis in directo eorū

fol: 80

al. 2

al. 14

al. 56

al. 52

Al. 3. 18. 8. 43. m. 38. 2. 12. 3. 49. 4. 5.

Att. 5. 2. 8. 59. m. 44. 2. 46. 3. 25. 4. 57. hoc res ultat 38

sub primis inuenio. 8. 6. 18. m. 43. 2. 38. 3. 11. 4. 49. Que sicut scribo extra sub alijs &c. Que singula addita ad inuicem sunt. 8. 1. 8. 38. m. 16. 2. 46. 3. 56. 4. 16. Et est medi⁹ motus Solis ad tepus Ere pposite ad meridianu⁹ Toleti. Sed si fortassis velles hunc medi⁹ motu⁹ Solis habuisse ad aliu⁹ meridianu⁹ vtpote Nuremberge: Tunc distanti⁹ longitudinis inter Nurembergam & Toletu⁹ est hora: 1. m. 14. Quam quia Nurembergam est orientali⁹: Toletu⁹ subtrahere ab horis & minutis tue ere. s. hor. 14. m. 36. Deinde a residuo s. horis. 14. minutis. 21. secundis. 34. subtracta equatione dieru⁹ vt supra. residuu⁹ est hor. 14. m. 6. 2. 58. Cuius quo residuo. ipso in minuta dieru⁹ & 2 p quartam reducto oare: & est videlicet 4. 2. 3. 31. 2. 19. 1. 19. m. 17. 2. 58. &c. Cuius volo te no⁹ latere: q⁹ potes i principio cuiuslibet anni querere omnes medios motus: & media argumeta Lune Venetis & Mercurij: & illa ponere in vna cedula: & tenere p⁹ radice tunc no⁹ oportet te intrare per totu⁹ illi annu⁹ nisi cum Secundis & primis minutis & dieru⁹: &c. forte habes. m. & 2 dieru⁹ &c. Et erit tibi alleuiatio magna operis &c.

hoc: 13. m. 12

Propositio Decima.



X tabulis Equationu⁹ cognita earum dispositione: & generali eorum modo introitus: equationes: hoc est centralia puncta p⁹ veris motib⁹ eliciendis &c. extrahere. Cuius pro ostensione itaq; tabularu⁹ equationu⁹ lineis numeri comunib⁹ signis & gradib⁹ centrozu⁹ & argumetoz⁹ inferu⁹ iatib⁹ primo ordinu⁹ numeroz⁹ positis siles ee fere in singulis cernimus. Signa autem partim in superiori parte: hoc est in fronte supra prima linearu⁹ longitudinaliu⁹: q⁹ est graduu⁹: q⁹ descendit augmētando ponunt: Partimq; in inferiori parte: hoc est in pede supra secunda linearu⁹ longitudinaliu⁹: q⁹ sicut est graduu⁹: & q⁹ ascendit augmētando inueniunt posita.

ser. vno. Solis. 49. et 8. et multip. alijs.

Altitudinem Mercurij per tabulas inuenire. C Scito centro Mercurij vero ⁊ argumento vero per decimam octauam: intra primo cum argumento vero in tabellam latitudinis: ⁊ accipe quod in ei^o directo fuerit. si tabella declinatōis: ⁊ in tabella reflexionis Mercurij. ⁊ vnu quodq; seorsum scribe. Tunc si centrum verum fuerit in superiori medietate ex sola reflexione decimam partem minue. Et si fuerit in medietate inferiori: decimam partem illam reflexionis super istam reflexionem adde. et quod post additionē vel diminutionē prouenit loco prime reflexionis serua: prima deleta. Deinde cum centro vero Mercurij Signa. 4. f. grad^o. 270. adde. ⁊ si ex additione prouenerit plus signis 6. f. gradibus. 360. remoue inde signa. 6. f. gradus. 360. ⁊ cū residuo: vt cū illo qd fuerit min^o. 360. lineas numeri tabelle ingredi: sumens minuta proportionalia q̄ i ei^o directo inuenis. Deinde de declinatōe p^{ri} seruata accipe partē pportionalē scdm proportionē minutoꝝ proportionaliū ad. 60. per. 11. ⁊ quod prouenit est latitudo primo examinata: que prouenit ex declinatione epicicli. et eam serua. Scias autē vtrū latitudo illa fuerit septētrionalis vel meridionalis eodē modo penitus quo in precedenti. scribe igit nomen sue partis super eam. Deinde centro vero Mercurij. 8. 3. f. g. 180. adde. ⁊ cū eo quod prouenerit iterum eandē tabellam ingredi. ⁊ qd in ei^o directo inuenis de minutis pportionalib^o: sume: et in duob^o locis scribe. Deinde ex reflexione prius seruata accipe partē ppor-

tionalē scđm proportionē ipsorū minutoꝝ ad. 60. ⁊ hoc erit reflexio examinata serua eā. Qđ si cētrū verū asseruerij cū suo addito cū quo minuta proportionalia vltimo sumpsi si fuerit i medietate superiori ⁊c. eodē modo quo dictū est in p̄cedenti pro babenda latitudinē scēdo examinata: q̄ prouenit ex reflexione epiciel iopare. Nec est dīsa: nisi q̄ hic oportet operari enim centro vero: et cum suo addito: et ibi cū centro vero simplici. Scribe ergo eam: et nomē si e partis: et accipe de postea minuti p̄portionalib⁹ in altero loco: ū seruaſ quartā partē ⁊ dimidiū quarte. que pars cum suo dimidio est latitudo metenrij tertio examinata. que est semp meridional. Deinde has tres latitudines ad inuicē collige: vt scias ad quā partē sit latitudo eodē mō quo dictū ē iuenire. ¶ Scita autē vltimēta vt dictū est tā metenrij q̄ veneris latitudinē: si ipsa fuerit septētrional scias etiam latitudinē eius ad. 10. dies post. et si eam in die decima post videris augmētari: ipsa est ascēdens. et si eam diminui videris: est descēdens. Et si eius latitudo meridiana fuerit ⁊ augeat erit descēdens. et si minuat erit ascēdens. Et habeb̄ p̄positū.

Propositio

Uigesima septima.

Atitudinē Martis Jouis et Saturni per tabulas inuenire.
 ¶ Scias cuiuslibet horūm centrū equatum: ⁊ argumentū equatū p. 18. ⁊ quodlibet per se scribe ad partem. Deinde si illud centrū equatū est Martis: ipsum sicut est simpliciter dimittre. Sed si est Jouis: ab eo centro. 5. 20. minue. Si vō Saturni: ipsi centro 5. 50. adde. ei cū eo quod prouenerit lineas numeri tabelle latitudinis triū superiorū q̄ augmētant p. 6. 5. ingredere. et quod in eius directo inuenieris de minutis proportionalib⁹ accipe. Deinde cū argumēto vero planete iam seruaio intra eadē lineas numeri. et quod in directo inuenieris de latitudine septētrionali vel meridionali: si me hoc mō. Si enī fuerit centrū verū planete cū suo addito vltimūto hēat. 0. i. 5. dīb⁹ vsq; ad sig. 1. 5. 30. s. i. 5. 90. vlt a signis. 4. 5. 30. s. 170. vsq; ad signa. 6. s. 5. 360. repertū. s. in superiori parte tabelle. et accipe latitudinē septētrionalem: que dicitur Estreḡion septētrionalis. Si autē p̄dictū centrū fuerit a signo. 1. et. 5. 30. s. a. 5. 90. vsq; ad. 5. 4. 5. 30. s. ad 5. 170. s. ex inferiori medietate. accipe de inferiori medietate latitudinē meridionalem: q̄ dicitur Estreḡion meridionale. Postea accipe de latitudine ista partē proportionalē scđm proportionē minutoꝝ proportionaliū ad. 60. per. 11. et illud qđ prouenit erit latitudo stelle in parte in qua inuenieris eam. Deinde si latitudo alicui⁹ ipsorū fuerit septētrionalis. et argumentū verū minus signis. 3. s. 5. 180. erit ascēdens. si vō plus: erit ascēdens. Sed e conuerso erit si fuerit eius latitudo meridionalis. nam si tunc fuerit argumentū verū minus signis. 6. s. 5. 180. erit descēdens. Si vō plus: erit ascēdens. ¶ Ille est notā dū: qđ si cētrū equatū ⁊ argumentū equatū cū q̄ intrasti nō possis p̄scife inuenire: intrabis cū minor: p̄p̄ quo: ⁊ accipe qđ inuenieris in directo: ⁊ extra scribe. Deinde intra cū minor: maior: p̄p̄ quo: ⁊ accipe etiā qđ inuenieris i directo: qđ etiā extra scribe. Deinde subtrabe minorē de maiori.

et residui accipe partem proportionale sedm proportionē excessus numeri cū quo intrare debuisti tabellam ad numerū minore enim quo intrasti ad.6. quia illa tabula augmentatur per.6. Quam partem proportionalem adde equationi prius: si fuerit minor secunda. Et sic fac in omnibus tabulis que augmentantur per sex zc.

Propositio Trigesima octaua.



Empus Coniunctionis vel Oppositionis Terū luminariū: hoc est Solis z Lune ad quodcuq; tempus eniuseiq; meridiani inuenire. **C**ande ad hoc inueniendum necessaria sunt q̄ttuoꝝ. Prīmū est ex tabula elongationis Lune a Sole inuenire mediā coniunctionē: si uolueris habere ueram oppositionē. Secundū est inuentio locoꝝ Solis z Lune tempore coniunctionis vel oppositionis propoſite.

Tertium est inuentio duodecime partis longitudinis Solis z Lune. Quartū est inuentio motus Solis z Lune in vno minuto diei: vel in vna hora. **I**ccirco eorum hic primo ponemus p:ositiones.

Empus Medie Coniunctionis vel Oppositionis Solis z Lune per tabulam ad hoc factam inuenire. **R**edue totum tempus propositum ad diem in qua estimas coniunctionē aut oppositionē fore prope ad 4 3 2 z i sedm doctrinā prius traditā. Quo facto scribe radice medie elongationis Solis z Lune directe eodē modo cum quartzē. in tabulā medie elongationis Solis z Lune prius. z deinde intra per omnia operando: sicut dictum est in de medijs motibus. Et cum omnes introitus feceris: z numero addideris: in eodem tempore est media coniunctio ad quod operatio es: si pueniant signa. 6. p:eseise. Et si tria: in eodem tempore est media oppositio. Si 2o non pueniūt signa. 6. nec tria p:eseise: tunc si uolueris inuenire coniunctionē: subtrahē illud quod prouenerit de signis. 6. z serua residuū. Si uolueris oppositionē: subtrahē illud quod prouenerit de signis. 3. z serua residuū. Quo facto quere illud residuū in tabula medie elongationis. z si fuerint ibi aliqua signa: quere ea in prima linea post lineam numeri. z si p:eseise totum numerū signozū z graduū zc. non inuenieris: accipe minozē propinquo rem. z uide numerū scriptū in directo in linea numeri. quem scribe extra. z sunt dies. serua eos ad partem. Deinde subtrahē illud qd̄ accepisti in tabula. s. signa et graduū zc. a numero mo quem habebas. s. a signis z gradibus zc. ut scias residuū. Cum quo intra tabulam eandem. Et si sunt gradus in residuo: quere eos in prima linea post lineam numeri. z si eos inuenieris: illud quod scriptum est in linea numeri erunt minuta dierum. scribe eos extra post dies prius seruatos. Si autē fuerint tot gradus: q̄ non poterint in prima linea inueniri: tunc quere eos

in secunda linea in illa parte ubi est cifra vi. o. in prima linea: vel minore numerum propinquoorem. et tunc illud quod scriptum est in linea numeri sunt dies. scribe eos extra sub alijs prius scriptis. **Q**uo facto vide si aliquid sit residuum subtrahendo illud cum quo intrasti a numero tuo. et illud iterum quere in eadem linea. Et si in residuo fuerint gradus et inueneris in prima linea. tunc illud quod scriptum est in linea numeri sunt 2 dierum. Si autem sint tot minuta quae in prima linea non poterunt inueniri. tunc quere ea in secunda linea: in illa parte in qua est cifra vel. o. in prima linea. et tunc quod scriptum est in linea numeri sunt minuta dierum. Et istas denominationes ostendunt tituli subscripti in pedetabula. Et isto modo oportet te intrare donec totus numerus compleatur. Et est similis modus operandi fere sicut in tabula ubi querunt anni per 4 3 2 2 1. Et scias quod dies sic inuenti sunt dies complete computate a meridie diei precedentis. Similiter et minuta dierum etc. sunt completa: sicut anni menses et signa. et omnia que inueniuntur in istis tabulis sunt completa. Quo facto dies et minuta dierum et ceteras fractiones: quas inuenisti per operationem: adde tempori cum quo quesuisti mediam elongationem. et quod post additionem profuerit: erit tempus coniunctionis vel oppositionis medie. **S**i non habita coniunctione uolueris modo faciliore inuenire oppositionem sequentem. vel habita oppositione uolueris coniunctionem sequentem (equale enim est tempus utrobique) adde supra tempus quoduis istorum dies. 14. minuta dierum. 45. 2. 55. 3. 3. 4. 48. **S**i etiam quadraturas uolueris inuenire: Adde supra tempus coniunctionis dies. 7. minuta dierum. 22. 2. 57. 3. 31. 4. 54. et habebis quadraturam primam. Adde illud idem supra tempus oppositionis: et habebis quadraturam secundam. **C**eterum si habita coniunctione uolueris inuenire coniunctiones immediate sequentem: Adde supra tempus inuentum coniunctionis dies. 29. minuta dierum. 31. 2. 50. 3. 7. 4. 36. **T**antum enim est ab una coniunctione ad aliam. Et ita habebis tempus coniunctionis vel oppositionis medium ad meridianum Toleti. **S**i autem te in alio loco existente ad meridianum tuum uelis reducere illud tempus: quia forsitan alibi habitas. Cognosce tempus distantie meridiani loci tui a meridiano Toleti. Et si meridianus loci tui fuerit orientalis meridiano nostro: illud addas ad tempus coniunctionis et oppositionis etc. per nostras tabulas inuenti. Si non fuerit occidentalis: ipsum subtrahes. et habebis ipsas coniunctiones et oppositiones ad meridianum tue regionis.



Verum locum Solis et Lune hora medie coniunctionis cuiuscumque et oppositionis inuenire. **S**cias argumentum Solis per. 15. et cum eo intra tabulam equationis Solis: et operare secundum doctrinam. 16. cognitam. et habebis verum locum Solis. **C**eterum autem locum Lune habebis querendo argumentum Lune in tabula equationum Lune. et in directo inuenies equationem argumenti cum suis titulis adde vel minue: si cum argumento non sint minuta. Si non cum argumento sint minuta: fac pro illis partem proportionalem: ut dictum est in. 11. haec equatio

nem adde vel subtrahere sedm q̄ tituli adinoneit: a medio motu. et prouent ve-
 ris motus Lanie. **C** In tempore enī coniunctionis vel oppositiōis p̄ faciēda e-
 quatione lumenō ingrediū cū eius centro: quia equatio centri nulla est. Nec e-
 tiam acipimus diuersitatem diametri circuli breuis: quia minuta proportiona-
 lia nulla sunt: sed tñ eī equatione argumēti opamur. Et habebim⁹ p̄positum.



Duodecimā partem distātie inter Solem z Lunā inuenire: vt fieri
 oportet in equando coniunctiones z oppositiones Solis z Lune ve-
 ras. **C**ū gradib⁹ distātie eoz intra tabellā distātie primā zē. et
 s̄. z. m. ibi innēta extra nota. Deinde cū minutis distātie intra in
 tabellā secundā distātie zē. z qđ ibi inuenieris ex minutis z secūdis
 sub p̄mis scribe. qđ si in distātia fuerint z intra tertio eandē tabulā minoroz. z
 qđ ibi inuenieris: sub p̄mis inuētis pone. ita tñ qđ minuta sub secūdis ponant. Qđ
 nō ex eoz aggregatiōe p̄uenierit: erit duodecima p̄ distātie inter Solē Lunā.



Motum Solis z Lune diuersum in vno die: vel in vno minuto diei
 vel in vna hora inuenire. **C** Inuēto veto loco Solis z Lune: vt
 supra hora medie p̄iunctionis vel oppositiōis p̄ precedentēā supeti⁹
 vide differentiā id est lōgitudinē inter verum locum vtriusq; ita
 subtrahendo minor: ē a maiori. z quod remanet est longitudo. Et
 vide cuius sit lōgitudo. est enī longitudo eius qui precesserit alterum in ordine
 signoz: id est tunc talis longitudo est Solis: si Luna nondū consecuta est Solem
 in coniunctione: vel nadir Solis in oppositiōe. Vel est Lune: si Luna iam trāsīuit
 Solem in p̄iunctione: vel nadir Solis in oppositiōe. Idē ergo lōgitudinē serua-
 et scribe iuxta lōgitudō Solis vel Lune: sedm qđ oportet. Cui⁹ lōgitudinis ac-
 cipe duodecimā partē: z ipsam eidē lōgitudinī adde. z illius toti⁹ partiēdo ipm
 in duo media accipe medietatē: z eā cū argumēto medio Lune cū quo inuenisti
 eius verū locū adiuge: si fuerit lōgitudō Solis. Vel ab eo minue: si fuerit longi-
 tudo Lune. et qđ p̄uenierit: erit argumentū Lune equatū pro inueniēdo motū
 Lune equatū in vno minuto diei: vel in vna hora: si volueris forte operari p̄ ho-
 ras zē. et serua ipsum. Deinde intra cū argumēto Solis in tabulam motus di-
 uersi Solis in vno minuto diei: si volueris operari p̄ minuta dierū zē. querēdo
 signa in supiori parte tabule trāsuersaliter: et gradus in linea longitudinali que
 descēdendo augmētant. Vel inferiōri parte tabule etiā trāsuersaliter z gradus
 in linea longitudinali que ascēdendo augmētant. et quod in eius directo inue-
 neris de motu Solis diuerso accipe: si p̄cise potes eum inuenire: quia est mo-
 tus Solis in vno minuto diei equatus. Si nō non p̄cise inuenias eum: fac
 partem proportionālē per. n. Deinde eodem modo intra eū argumēto Lune
 cū suo addito seu diminuto seruato: si p̄cise potes ipsum inuenire. Si nō
 non: fac partē proportionālē: vt supra p. n. et quod in eius directo inuenies est
 motus Lune diuersus i vno minuto diei. **C** Si nō: quia forte oparis p̄ horas)
 motum Solis z Lune in vna hora volueris inuenire: Resolue signa argumen-

totum Solis vel Lune in signa cōtūnia. et cum illis intra tabulam Motus di-
 uersi in vna hora intrinsecam: eodem modo operando vt iam fecisti in tabula
 motus in vno minuto diei: semper faciendo partem proportionalem per. n. si
 opus fuerit. z habebis motum diuersum in vna hora: quo mediante inuenias
 horam veram coniunctionis vel oppositionis. ¶ Et nota hic: quia licet per illū
 modū possis inuenire motum Solis in vno minuto diei: vel in vna hora: in quo
 cuiusq; loco eccentrici sui sit Sol: Tamen motū Lune in vno minuto diei: vel in
 vna hora per tabulas: inuenies solū quando centrū epicicli Lune est in auge ec-
 centrici sui: quod est hora coniunctionis vel oppositionis Solis z Lune. Si igitur ve-
 lis motū Lune in vno minuto diei: vel: in vna hora vbicumq; fuerit in sito ecen-
 trico: Verum locum Lune ad tempus propositum inuenias. Deinde ad vnum
 minutū diei: vel ad vnam horam post tempus propositum iterum inuenias lo-
 cum Lune verum. Et tunc subtrahere primū a secundo. z quod remanet est mo-
 tus Lune in vno minuto diei: vel in vna hora: scdm q̄ operatus es. Consimiliter
 posset fieri de Sole: subtrahendo eius motum verū primo habitū a vero motu
 ipsius secundo habitum. z proueniēs esset certior eius in vno minuto diei: vel in
 vna hora motus. ¶ Item nota q̄ per consimilem modum potes inuenire mo-
 tum eorum equatum in vno die. s. primo querendo vera loca earum ad tempus
 considerationis tue. deinde ad vnum diem post. z tunc subtrahendo primū a se-
 cundo. z habebis motum eorū in vno die equatum siue verum.

Tempus igitur Coniunctionis et Oppositionis vere Solis z Lune
 ex supradictis si vis inuenire. ¶ Scias tempus medie coniunctio-
 nis vel oppositionis eorum: vt supra. Deinde secundo scias verū
 locū Solis z Lune horam medie coniunctionis. vel loca vtriusq; hora
 medie oppositiōis: vt supra. z vnu quodq; seorsum serua. Deinde
 vide si verus locus Lune sit in eodem gradu z minuto atq; secundo: in quo ve-
 rus locus Solis: Tunc coniunctio vera z media sunt in eodem tempore: p̄m̄eto
 Vel si verus locus Lune sit etiam in eodem gradu z minuto z secundo in quo
 est nadir Solis: Tunc oppositiō vera z media sunt in eodem tempore. Deinde
 tertio si Sol z Luna non fuerint in eodem loco: tūc cognito motu Solis z Lune
 equato in vno minuto diei: vt supra. deinde motum Solis in vno minuto diei
 subtrahere a motu Lune in vno minuto diei. z quod remanebit dicitur Super-
 ratio Lune in vno minuto diei. Postea vide quot sunt gradus longitudinis inter
 Solem z Lunam. Deinde superationi adde pro quolibet gradu longitudinis
 vno gradu amoto vnu secundum: pro quolibet minuto vnum tertium zc. hoc
 est dicere: si longitudo fuerit 5. s. adde ad superationes tot z minus vno: id est
 quattuor 7. z hoc si Luna fuerit in inferiori parte sui epicicli: id est si argumen-
 tum equatum Lune fuerit plus tribus signis. vel subtrahere si fuerit in superiori
 parte sui epicicli: id est si argumentū equatum Lune fuerit minus tribus signis
 Et quod post additionem vel subtractionem prouenerit: crit superatio equata.

et eam serua. Quo facto reduc totam longitudinem ad eandem denominationē
 sex ad 2 vel 3 2ē. reduc etiam superationē ad eandem denominationē. scilicet. 2.
 vel 3 2ē. Quo facto diuide longitudinem per superationem. et quod prouene-
 rit in numero quotiens erunt minuta dierum. scribe ea ad partē. Et si aliquid
 remanserit post diuisionem: multiplica illud per. 60. et diuide per idem quod
 prius. per superationem. et numerus quotiens erunt 2 dierum. et pone ea post
 minuta dierum prius seruata. Et si aliquid remanserit post diuisionem: multipli-
 ca iterum per. 60. et diuide etiam per idem quod prius. et numerus quotiens
 erunt 3 dierum. Et si adhuc remanse- rit aliquid: multiplica illud iterum per. 60.
 et diuide etiam per idem quod prius. et numerus quotiens erunt 4 dierum. et
 sufficit. Si tamen forte longitudo dicta esset minor. Superatio: multiplica lon-
 gitudinem per. 60. et postea diuide per superationem. et erunt 2 dierum. Et si
 fuerit aliquid residuum operare vt iam supra. Quib⁹ expedit minuta et 2 die-
 rum 2ē. que inuenisti per diuisiones adde cum tempore medie coniunctionis
 vel oppositionis. et hoc si longitudo fuerit Solis. Vel ea subtrahere a tempore me-
 die coniunctionis vel oppositionis: si longitudo fuerit Lune. et quod post addi-
 tionem vel subtractionem prouenerit: erit tempus vere coniunctionis: si opera-
 tus es de coniunctione. Aut vere oppositionis: vel valde propinquū: si operatus
 es de oppositione. Deinde ad istud tempus quere medium motum Solis: et
 medium motum Lune: et argumentū medium Lune et Solis. et equa Solem et
 Lunam scdm omnem precisionem qua poteris. et si conco: dauerint in signis
 gradibus et minutis: sufficiat tibi. Si sō non conco: dauerint: subtrahere mino-
 rem de maiori. et remanebit longitudo. quam serua. Deinde super mediū mo-
 tum Solis quem nunc ultimo habuisti adde motum Solis in vno secūdo diei:
 et iterum super argumentum. et equa Solem vt prius. Quo facto a motu So-
 lis nunc inuēto subtrahere motum Solis prius inuentum. et quod prouenerit erit
 motus Solis in vno secūdo diei. Similiter facias de Luna. Lequa eam per vnu
 secundum diei post tempus ad quod equasti eam. et subtrahere primū a secundo.
 et habebis motum eius in vno secundo diei. Quo facto subtrahere motum Solis
 in vno secundo diei a motu Lune in vno secundo diei. et proueniet superatio. p
 quam diuide longitudinē. et numerus quotiens erunt 2 dierum. et si quid re-
 manserit: multiplica per. 60. et diuide per idem quod prius. et crūt 2 dier⁹ et sic
 quantūlibet. Simile ē si p motū Solis et Lune i hora opari p oia: nisi q resultas
 ē hore et cetera fractiōes hōz. Quo peracto temp⁹ isti diuisiōis adde sup temp⁹
 vere cōiunctiōis prius inuentū: si vltima longitudo fuerit Solis. Vel subtrahere si
 fuerit Lune. et quod post additionem vel subtractionem prouenerit: erit tem-
 pus vere cōiunctiōis diebus non equatis. Ad quod tunc quere locum Solis
 et Lune: vtrūq; precise equando. et videbis propositum.

Ed quia modus iste inueniendi tempus coniunctionū vel oppo-
 sitionum verum: iam dictus: licet sit præter ceteros maioris verita-
 tis: Tamen quia laboriosus multum: maxime non exercitatis

Qui igitur vellet brevius et expeditius tempus inter mediam coniunctionem et veram inuenire: posset operari hoc modo. Habito tempore medie coniunctionis vel oppositionis: et ad illud tempus verum locum Solis et Lune: et deinde eorum motu in vna hora per precedentia inuenito. et per modum iam dictum supra habita longitudine et superatione equata et seruata: Quere deinde longitudinem inter Solem et Lunam in tabula que intitulatur tabula inueniendi tempus inter coniunctionem mediatam et veram: in prima linea versus sinistram: vel minorem propinquoze: si non potest precise inueniri. Et numerum in angulo communi: qui est hora et minuta inuentum accipe. et differentiam illius ad numerum subscriptum. tunc accipe de ista differentia partem proportionalem secundum proportionem minutorum residui longitudinis ad. 60. quanta adde cum differentia accepta versus dextram. et eius quod proueniet accipe partem proportionalem secundum proportionem minutorum residui superationis ad. 60. per. 11. Quam partem proportionalem de differentia numeri in angulo communi inuenta: ad subscriptum prius accepti: secundum proportionem residui longitudinis ad. 60. Quam partem proportionalem adde eum numero in angulo communi inuenito. et tunc habebis horas et minuta: vel minuta et secunda: ut prius. que sunt inter tempus medie et tempus vere coniunctionis vel oppositionis. Quas horas et minuta: vel minuta et secunda adde cum tempore medie coniunctionis vel oppositionis: si longitudo fuerit Solis. vel subtrahere: si longitudo fuerit Lune. et tunc habebis tempus vere coniunctionis diebus non equatis. Et nota quod hoc erit tempus vere coniunctionis Solis et Lune: vel valde propinquum. Si vero sine omni scrupulo falsitatis velles inuenire tempus: Ad tempus ita inuentum quere loca vera Solis et Lune. Et si tunc sint in eodem loco: habes intentum. Si vero fuerint in diuersis locis: Iterum longitudine et motu Solis in hora: et superatione ut supra inuentis per modum dictum operare. et proueniet tempus verissime coniunctionis vel oppositionis: de quocumque operatus es. Et ad illud tempus debent queri vera loca planetarum si fuerit opus etc.



Propositio

Trigesimanona.

Tempus Coniunctionis vere cuiusvis planete cum quolibet alio inuenire. Considera tempus et diem propinquorem coniunctioni: vel quo est iustas eorum coniunctionem fore prope: per estimationem rationabilem: secundum quod poteris perpendere loca ipsorum in meridie. Et quere vera

loca eoz ad meridiē illius temporis. Et si tunc loca illoꝝ planetarū conveniūt in signis gradib⁹ ⁊ minutis ⁊ secundis zē. tunc eodē tempore est vera cōiunctio eozum. Si autē vera loca illoꝝ planetarum non conveniunt in signis ⁊ gradibus et minutis atq; secundis zē. tunc subtrahē motum minorem a maiori. et illud quod remanet: erit longitudo. ⁊ est longitudo illius cuius motus erat maior. Quam longitndinem serua. Deinde inuenias motum cuiuslibet illoꝝum planetarum post tempus in quo primo equasti in vno die scđm doctrinam traditam. Deinde considera vtrum ambo planete sint directi: vel ambo retrogradi. vel vnus sit directus: ⁊ alter retrogradus. Si ambo sint directi: vel ambo retrogradi. tunc subtrahē motum diei planete tardioris a motu diei planete velocioris. et quod remanserit: erit superatio. serua eam. Quo facto reduc longitndinem que est inter ipsos ad idē genus sc; ad 3 vel 5 zē. Reduc etiam superationem ad gemis similis denominationis ad quod longitndinem reduxisti. si si longitndinem reduxisti ad 3. reduc etiam superationem ad 3. ⁊ sic de alijs. Quo facto diuide longitndinē per superationem: si potes. ⁊ numerus quotiens erunt dies. Et si aliquid post diuisionem remanserit: multiplica illud per. 60. et postea diuide per idē quod prius. ⁊ numerus quotiens erunt minuta dierum. Et quod post diuisionem remanserit: multiplica per. 60. ⁊ postea diuide per idē quod prius. ⁊ numerus quotiens erūt secunda dierum. et sic procedes vsq; quo tibi placuerit. Quibus expeditis tempus quod inuenisti per diuisionem: adde tempori ad quod quesuisti vera loca illoꝝum planetarum. et hoc si tunc coniunctio vera illa est ad huc futura: hoc est si planeta tardior p̄cedit velociorē. Vel subtrahē ab eodem tempore: si coniunctio vera est p̄terita: id est si planeta velocior: p̄cedit tardiorē. Et tunc quod post additionem vel subtractionē p̄ouenerit: erit tempus coniunctionis vere. Et iste modus operandi est: cum ambo planete quozum coniunctionē queris fuerint directi: vel quando ambo sunt retrogradi. In retrogradatione tamen intellige eum p̄cedere qui minus habet in signis gradibus et minutis zē. Si ɣo vnus eozum fuerit directus: ⁊ alter retrogradus: per alium modum oportebit te operari. Et illud sepe contingit: ⁊ contingere potest in coniunctionib⁹ Venēris et Mercurij cum quibuslibet alijs. Potest etiam contingere in coniunctionibus trium superiorum cum inferioribus: lic; inter se non possint hoc modo coniungi: propter hoc quia quando sunt coniuncti: equaliter distant a Solc. tunc etiam equaliter distant ab angib⁹s epicycloꝝum suozum: vel quasi equaliter. Cum igitur inuenieris vnum directum: et alterum retrogradum. tunc quere motum directi in vno die. ⁊ etiam motum retrogradi in vno die post tēps equationis. Quibus habitis iunge illos duos motus simul. et per illud quod pronenit: diuide longitndinem: vt prius dictum est. Et tunc considera si locus planete retrogradi fuerit minor loco planete directi: quia si sic: iam p̄terijt illa coniunctio. tunc subtrahē tempus quod per diuisionem inuenisti a tempore ad quod quesuisti vera loca illoꝝum planetarū. Si vero planeta retrogradus fuerit plus in gradib⁹ ⁊ minutis q̄ directus tunc

coniunctio adhuc est futura. Quare ad tempus quod exiit per diuisionem ad tempus quod quesuisti vera loca illorum planetarum. z tunc quod post additionem vel subtractionem tuam prouenerit: erit tempus vere coniunctionis.

C Si autē uolueris multum prescise scire tempus coniunctionis vere: oportet te ad illud tempus ad quod nunc inuenisti planetarum vera loca querere. z si iuuenris eos in eodem loco: bene erit. Si non: tunc inuenias distantiam eorum per subtractionem motus maioris a minori. z scias motum cuiuslibet eorum in uno minuto diei per modum prius dictum. sciasque superationem: si ambo sint directi: vel ambo retrogradi. Vel iuge motus eorum in uno minuto diei simul: si unus eorum fuerit directus: z alter retrogradus. z illud quod prouenerit vel per superationem vel per motus simul adiunctos longitudine diuide. z numerus quotientis erit minutum dierum. Et si aliquid remanserit: multiplica illud per 60. z diuide per idem quod prius. z erit in diebus. z sic persequere. Adde de hoc si per motum planetarum in hora operari. Quo facto tempus iam inuentum per diuisionem adde cum tempore prius inuito: si coniunctio adhuc est futura. vel subtrahere ab eodem si coniunctio iam transit. et quod post additionem vel subtractionem prouenerit: erit tempus vere coniunctionis.

C Motum autē cuiuscunque planete in uno die inuenies per 24. ad motum autē in uno minuto diei vel in una hora reperies inueniendo vera loca eius ad duo tempora per unum minutum diei distantia: aut per unam horam. Differentia namque motus talium erit motus eius in uno minuto diei: vel in una hora: secundum operationem fueris. Et hec circa tempus coniunctionis eorum. **C** Sed ut res hec facilius occurrerent querentibus: tabule quedam hic tabulis nostris sint inserte: que tempora exprimunt in quibus erunt coniunctiones Saturni z Jouis: Saturni et Martis: et Jouis z Martis: secundum medium motum per tabulas nostras. s. Alfonsi notate in arithmetica domini nostri Ihesu Christi. Unde una coniunctio Saturni et Jouis secundum medium eorum suum in his tabulis currit 3. 2. 2. 0. 5. 53. 37. 2. 29. Et sunt anni Christi Solares. 19. menses. 10. dies. 9. hore. 14. 3. 59. 2. 36 unius hore. Et hoc probant. Et hoc si annus non fuerit bisextilis. **C** Et nota hic ante incarnationem domini nostri Ihesu Christi per annos. 5. menses. 10. dies. 14. horas. 7. 3. 39. 2. 36. hore unius fuit media coniunctio Saturni z Jouis ad situm medii mundi: hoc fuit post introitum anni dies. 13. hore. 16. 3. 20. 2. 23. mensis. Februarii post meridiem dicti situs. Quorum medii motus fuerunt Signum. 0. 5. 7. 3. 11. 2. 12. 3. 52. 4. 54. **C** Nota quod tibi debes addere supra signa z gradus. que habuisti in coniunctione media Saturni z Jouis secundum tabulas nostras ut uides. s. 4. 5. 2. 3. 58. 2. 21. 3. 51. 4. 26. z quod ex additione prouenerit: erit locus medie coniunctionis Jouis z Saturni immediate sequentis. Et isto modo facerent in prima triplicitate coniunctiones. 11. supponendo quod dicta media coniunctio sit signi arietis vel alterius signi. Et in omnibus quattuor triplicitatibus faciunt coniunctiones. 41. Et si inceperis a primo minuto signi arietis: ut dictum est. 42. coniunctio fierent. s. 4. 5. 1. 3. 52. 2. 56. 3. 8. 4. 46. z hoc sumendo signa prout accipiunt in uris tabulis. s. Alfonsi. Et omnes prescripte coniunctiones. s. 41. sunt in annis Christi bisextilibus. 814. mensibus. 2. diebus. 26. 3. 36. 2. 9. unius diei.

et hoc intelligendo in numero primā coniūctionē. Et hoc est multū contra dictū
 Albinasaris in libro de magnis coniūctionib⁹. **C** Nota qd Mars coniūgit
 Saturno in signo Canceri scdm mediū motū suū in annis 2 dñiū dñectūbus
 scdm istas tabulas in annis .30. mensē .1. diebus .f. 19. horis .13. m̄ .51. 2. 1. Sup
 ponendo qd dicta coniūctio fuisset in primo minuto signi Canceri: erit sequēs cō
 iunctio predictoz in predicto tempore vt inferius. s. 1. 5. 38. m̄ .44. 2. 4. 2. 23.
 Ex quo apparet: qd si addideris super gradus inuentos tempore medie coniu
 ctionis 5. 3. m̄ .43. 2. 4. 3. 23. habebis locū immediate sequentis. Cetera in ta
 bulis istis singulis facilia sunt studiosis astronomicis.

Propositio Trigesima.



Pempus coniūctionis cuiuslibet planete cum qualibet stella
 rum fixarum inuenire. **C** Scias primo locū illius stelle de
 qua volueris hoc scire: per .13. Deinde etiam scias verū locū
 planete ad tempus propinquū coniūctioni p̄ estimationē. et
 videas distantia: hoc est longitudinē inter planetā z stellam.
 Cūde etiā cūis fuerit lōgitudō ipsa: an scz fuerit planete vel
 stelle fixe p̄ modū dictū in de coniūctione z oppositione lumi
 nariū. Deinde scias motū planete si est direct⁹: vel motū retrogradationis ipsi⁹

si est retrogradus: in vno die: vel in vno minuto diei: vel i vna hora: p̄ doctrinā
 in precedentib⁹ traditā. Nec cures de motu stelle fixe in die zc. quia motus eius
 sensibilis non est in tam paruo tēpore. nec operamur hic cū superatione propter
 stellarū fixarū motū paruitatē. Deinde lōgitudinē diuide per hunc motū pla
 nete vt supra inuentū in die zc. scdm qd operari volueris. Et tempus quod per
 hanc diuisionē puenierit: modo dicto in coniūctionib⁹ planetariū addas ad tem
 pus estimatum prius habitum: si longitudo fuerit stelle fixe: z planeta directus.
 vel si longitudo fuerit planete: z ipse retrogradus. Si vero longitudo fuerit
 planete: z ipse directus. vl si fuerit stelle fixe: z planeta retrogradus: tempus qd
 habitum est per diuisionē supradictā subtrahat a tempore estimato. z quod post
 additionē vel subtractionē pronenerit: erit tempus q̄sitū: vel tempus sibi valde
 propinquū. quod vt habeas prescisum: reitera pluries si opo: tet: donec veritas
 rei tibi occurrat.

Propositio Trigesimaprima.

Olis et Lune ac Planetarū introitus in quodcūq; signū: vel
 in quamcūq; partē celi inuenire. **C** Solis igit introitus in
 Ariete: qui quidē frequentius querit: vt puta singulis annis:
 reliqs q se sūt habēt sit exemplū. Si igit hoc volueris inuenire
 Quere verū locū Solis ad tempus propinquū estimationi
 me. Ad tempus quo estimas qd Sol parum distet ab Ariete.
 Quo inuato: si tunc ipsum inuenias Solē in principio Arietis
 tēpus acceptū est tēpus quēsitū. Si autē ipsum non inuenias in principio Arietis

vt supra, vide distantia eius, i. longitudine ab Ariete, qua scies p subtractione veri
 motus Solis a 6. signis. Qua distantia scita: reduce ea ad idem gen^o. s. si sint ibi mi-
 nuta 2 et 3 etc. reduce tota ad 3. Quam distantiam serua. Postea scias motu Solis i
 vno minuto diei: vel motu Solis in vna hora: p. 28. que reduce etiam ad idem gen^o
 confimilis denotationis ad quam reduxisti distantiam Solis ab Ariete: videlicet si
 reduxisti distantiam Solis ab Ariete ad 3 reduce etiam motu Solis in vno minuto diei
 vel i ho ad 3. Quo facto diuide distantiam p motu Solis in vno minuto diei: vel i vna
 hora. et numer^o quies erit minuta dieru: vel hore si p motu Solis i vna hora diuissi-
 sti. et serua ea ad parte: et scribe supra ea suos titulos. Postea si remaserit aliquid mi-
 mer^o post diuisione: multiplica illu p. 60. et quod puenit diuide p idem quod pri^o. s.
 p motu Solis in vno minuto diei: vel in vna hora etc. et numer^o quies erit i dieru
 vel i minuta hore. serua ea post primo serua. s. m. vel hor. Deinde si quod remaserit
 post diuisione: multiplica iteru p. 60. et quod puenit diuide p idem vt pri^o. et nume-
 rus quies erit i dieru: vel i hore. et serua ea post m. et 2. vel post hor. et m. referre
 reda singula singul. Et si remaserit aliquid quod diuidi non possit: de eo non sit cura: quia
 operatio satis perfecta est. Quo facto vide minuta dieru quod inuenisti: si sint plura quod
 60. pone pro 60. vni die. Vel si in horis plus horis. 24. puenire: pone pro 24.
 vni die: et residuu maneat in loco suo. Quo facto tempus quod ex tali diuisione puenit
 rit: addas ad tempus tuum acceptu: si sol non diu puenit ad principiu. i. primu minu-
 tu Arietis. vel ab ipso minuet: si iam transuerit principiu. i. primu minutu Arietis.
 et quod post additione vel subtractione puenit: erit tempus introitu Solis i principiu
 id est primu minutu Arietis: vel tempus sibi satis propinquu. Quod vt habeas certu: cu
 tpe quod puenit que veri locu Solis. et si puenit. s. o. m. o. 3. o. 3. o. 4. o. illud
 erit tempus introitus Solis in primu minutu Arietis. Simanter reitera toties p modu
 dictu in precedentibus p omnibus quosq; tu puenias ad veritate. et erit tempus non equu. ad
 quod vel cu quod debet que loca planetaru. Et sed quod dixi tibi de introitu Solis in Ariete
 idem intellige de alijs signis. **N**olo tu te latere: cu habueris in aliquo anno tibi
 noto introitu Solis in Ariete: vel in quocunq; aliud signu bene verificatu: pote-
 ris p omne vita tua hoc facilliter habere p tabula reuolutiois annor mundu in fine
 haru tabularu posita. Sicut p eundem modu vt dixi poteris inuenire introitu Lune
 et alior planetaru in quocunq; signu: et in quacunq; parte celi volueris. Et valet
 hoc operari volentibus scire introitus planetaru in imagines celestes.

Propositio

Trigesimasextunda.

Empus Eclipsis Solis vel Lune in quocunq; mense anni: du-
 ratione et quantitate ipsius: et quoniam erit ipsius principiu: mediu: atq;
 finis p tabulas ad hoc factas inuenire. **T**abularu tu in-
 feruentiu eclipsibus sunt plures. s. Tabula Argumeti latitudi-
 nis Lune: Tabule diuersitatis aspectus: Tabule eclipsibus: que sunt
 duplices. Quedam enim sunt tabule Solis que Lune: in quibus latitudo
 Lune pro lineis numeri describitur: et in istis oportet te intrare

cū latitudine Lune visa. Et qđā sunt in quib⁹ Argumentū Lune describit̃ proli-
neis numeri. ⁊ in illis oportet te intrare cū argumēto latitudinis Lune. Sunt et
alie tabule: quas tituli ⁊ inscriptiones manifestāt. Ex his tabulis eclipsis ex-
trahere: plura q̃ concurrūt: propositionū⁹ distinctis ordine subsequūf.

Semidiametrū Solis ⁊ Lune ⁊ circuli vmbre in loco trāstus Lune
inuenire. **C**um argumēto Solis mediante quo inuenisti eius
equationē hora vere coniūctionis vel oppositionis intra tabulam
q̃ intitulat̃ Tabula ad inueniendū semidiametros Solis et Lune
ne ꝛꝛ. ⁊ in directo inuenies semidiametrum Solis sub suo titulo.

Eodem modo cum argumēto Lune intra eandem tabulam: ⁊ in directo ha-
bebis semidiametrū Lune: ⁊ semidiametrū vmbre: quodlibet sub suo titulo. Et
intra semp̃ cū duplici introitu: si oportet. **S**ed nota qđ semidiameter vmbre
hic posita supponit Solem esse in ange sui eccentrici. ⁊ sic nō haberes semidiamete-
trū vmbre per illū modū: nisi qđ Sol est in ange: id est qđ nullū est argumentū
Solis. Si autē Sol fuerit alibi qđ in ange: tūc cum argumēto Solis intra eandē
tabulam: ⁊ accipe illud quod est in directa linea: que intitulat̃ Variatio vmbre.
et intra bis si oportet ⁊ illud quod puenerit subtrahere a semidiametro prius in-
uenta. ⁊ remanebit semidiameter vmbre equata ad locū Solis seu distantiam.

Possibilitatē necessitatēq; eclipsis inuenire. **C**ōmoditate pos-
sibilitatis necessitatēq; alicui⁹ eclipsis pri⁹ habita: nō frustre erunt
labores in inueniēdo eclipsis. **P**ossibilitas igit̃ eclipsis solaris tpe
iūctiōis: vel lunaris tpe oppositionis his modis inuenit̃. Inuēto
tpe verissime iūctiōis vl̃ verissime oppōnis. vel vt plures volūt
tpe tū medie iūctiōis vel medie oppōnis habito p. 18. **Q**uere ad illud tps ar-
gumentū latitudinis Lune equatū: vel scđm alios argumentū latitudinis Lune
medium indifferenter quodcūq; libuerit. Quo inuento si reperitur Signū. ⁊ et
minus ḡ. 12. vel. sig. 5. ⁊ plus ḡ. 48. vel. signa. 3. ⁊ minus ḡ. 12. vel. 2. ⁊ plus ḡ. 48.
dic eclipsis fore possibilem solarē. si operatus fueris ad tempus coniūctionis.
et lunarem: si operatus fueris ad tempus oppositionis. Si autē extra istos termi-
nos reperierit: dicunt eclipsis fore impossibilem. **A**ly tamē ad hoc inuestigan-
dum operantur cum vera coniūctione: vel cum vera oppositione: ad illud scđ
tempus inueniēdo argumentū: equatum latitudinis Lune: ⁊ ad omnia vltra
operando vt supra. **N**otes ergo quocūq; istorum modorum ad libitum opera-
ri. sed cōsilo tibi: vt omnibus his modis opereris anteqđ dicas aliquam
eclipsis fore impossibilem. **N**am si omnes hi modi fuerint conuordes in impos-
sibilitate eclipsis: dic libere ⁊ secure eclipsis fore impossibilem: ⁊ aliter non. **E**t si
vnius solus horum modorum dicit tibi possibilitatem eclipsis: dic libere ⁊ secure
eclipsis fore possibilem. **E**t sic apparet qđ ad negationem eclipsis hi modi con-
currunt. ⁊ ad affirmationem eiusdem vnius solus horum modorum sufficit.

C Sed in quia sepe reperit possibilitas eclipsis alicuius per argumentū latitudinis Lune: quoniam tunc non necessitas est fieri eclipsim. Est ergo regula Albategni de necessitate eclipsis Solis talis: quod inueniantur semidiameter Solis et semidiameter Terre Lune tempore verissime coniunctionis: et iungentur simul. Et ad idem tempus inueniantur latitudo Lune visa. et tunc si latitudo Lune visa fuerit equalis aggregato ex semidiаметris Solis et Lune: transibit Luna prope Solem: et non eclipsabitur Sol. Et si latitudo Lune fuerit maior: impossibile est fieri eclipsim Solis. Sed si latitudo fuerit minor: quod aggregatum ex semidiаметris: necessario fit eclipsis Solis. **C** Nota etiam si latitudinē Lune visam non inuenieris in aliqua tabularum eclipsis Solis: non eclipsabitur Sol. Si vero eam inuenieris in alterutra tabularum: vel in ambabus: necessario eclipsabitur. **C** Necessitate autem eclipsis Lune hoc modo inuenias: Compara latitudinē Lune ad aggregatum ex duabus semidiаметris vmbre et Lune. Tunc si latitudo Lune fuerit maior: quod aggregatum ex duabus semidiаметris: impossibile est fieri eclipsim. Si autem latitudo Lune fuerit equalis tali aggregato: transibit Luna prope terminos vmbre: et non eclipsabitur. Sed si latitudo fuerit minor: isto aggregato ex semidiаметris: necessario Luna eclipsabitur. **C** Scitur etiam aliter necessitas eclipsis Lune per tabulam eclipsis Lune: et latitudinē Lune: ut si latitudo Lune tempore verissime oppositionis non inuenit in aliquā tabularum eclipsis Lune: impossibile est fieri eclipsim Lune. Si vero inuenit in altera earum vel in ambabus: necessario fit eclipsis Lune.

His visis ad opus diuersitatis aspectus Lune in longitudine et latitudine hora vere coniunctionis Solis et Lune: ut per eam horam visibilis coniunctionis: si in medio eclipsis Solis inuenias accedamus. **C** Motandum quod tabule quibus hic vtimur de diuersitate aspectus Lune in longitudine et latitudine sunt facte Luna existente in auge sui deferenti et etiam in auge sui epicycli: et cum hoc in principio cuiuslibet signi. Est ergo si Luna non fuerit in istis locis: tunc oportet te equare diuersitate aspectus pro loco Zodiaci: et etiam pro loco epicycli et centri in quo est Luna. **C** Nota etiam quod diuersitas aspectus Lune posita in tabula non est tota diuersitas aspectus eius: sed est residuum manens post subtractionē diuersitatis aspectus Solis a diuersitate aspectus Lune. et proprie vocatur hec diuersitas aspectus Lune ad Solem. **C** Cum igitur volueris scire diuersitatem aspectus et alia propostita: Scias primo tempus verissime coniunctionis diebus non equatis. et ad idem tempus scias verum locum Solis et Lune: et argumentum verum latitudinis Lune. et hoc vocatur argumentum latitudinis Lune secundo equatum: quia argumentum latitudinis Lune primo equatum est argumentum latitudinis equatum ad tempus medie coniunctionis. Scias etiam ad tempus predictum motum Lune in hora una acceptum per argumentum equatum Lune mediante quo inuenisti equationem argumenti tempore verissime coniunctionis. Et scias sicut motum Solis in una hora per argumentum Solis: mediante quo eodem tempore inuenisti equationem Solis. Et sicut scias sicut attentionē Lune in una hora. Et hoc totum facit in doctrinā in precedentibus non aditā. Et omnia predicta tenenda: quia cum ipsis in sequentibus operaberis. **C** Deinde cum vero loco Solis quere equa

nione vieri cum noctibus suis. quam reductā ad horas et fractiones horarum
 scdm q̄ prius dictū est ad de tempore verissime coniunctionis diebus non eq̄tis
 Et tunc ad idem tempus scias gradum ascēdētē: et gradū mediū celi: et etiam
 ascensionē gradus Solis et Lunę: et ascensionē gradus ascēdētis: et gradus
 mediū celi in horisoute recto. Que etiā serua. ¶ Quib⁹ habitis scias utrū Luna
 tempore verissime coniunctionis diebus equarie sit supra terram: aut subius ter-
 ram: id est utrū hora istius coniunctionis sit in die vel in nocte. Hoc autē scias sic.
 Si Luna fuerit inter gradū occidentē et ascendētē scdm ordinē signoz: tūc Lu-
 na erit supra terrā. alit̄ s̄o est sub terra. ¶ Si s̄o fuerit sub terra hoc ē: si coniu-
 ctio fuerit in nocte: nihil cures de ea: quia eclipsis nō erit visibilis. et maxime si fue-
 rit p̄funde in nocte. possit tñ esse prop̄ ortū Solis: v̄l parū post occasū: q̄ aliqua
 pars eclipsis videret. ¶ Si autē Luna tempore coniunctionis fuerit supra terrā
 scias an ista coniunctio sit ante meridiē: vel post. Et hoc isto modo. Si Luna fue-
 rit inter ascendens et mediū celi: hoc est qm̄ inter gradū ascendētē et locū lune
 sunt pauciores gradus q̄. 90. nunc coniunctio est ante meridiē. Si s̄o Luna est
 inter occidentē et mediū celi: hoc est si inter gradū ascendētē et locū Lune sunt
 plures gradus q̄. 90. tunc coniunctio est post meridiē. ¶ Postea scias distantā
 coniunctionis a meridiē per horas equales. et hoc isto modo. Subtrahē horas et
 minuta tempore verissime coniunctionis diebus equatis a. 24. horis. et hoc si ille
 hore coniunctionis fuerint plures q̄. 12. et remanebunt hore distantie coniunctio-
 nis a meridiē. et sunt ante meridiē diei sequētis. Si s̄o hore coniunctionis fue-
 rint pauciores q̄. 12. serua cas pro distantia coniunctionis a meridiē. et sunt post
 meridiē intra eum eis tabulam diuersitatis aspectus Lune que facta sit ad tūc eli-
 ma: vel que sit prop̄io: latitudini tue regionis. et intra sub signo in quo est Sol.
 et hoc in parte superiori. scilicet recessum: si coniunctio fuerit ante meridiē. vel in
 parte inferiori: que intitulatur Recessus: si coniunctio fuerit post meridiē. Acci-
 pe igit̄ minuta longitudinis in directo istarum horarum inuenta. et habebis di-
 ueritatem aspectus Lune in longitudine: si cū horis non fuerint inuenta. ¶ Si
 s̄o cum horis fuerint inuenta: intra iterū eadem tabulas vna hora superaddi-
 ta: et accipe in directo minuta longitudinis vt prius. et scribe ea: extra sub alijs.
 Deinde scias differentiā inter minuta longitudinis nūc accepta et prius accepta.
 De qua et aliarū fractionū que sunt vltra horas perfectas accipe partem propor-
 tionalem ad. 60. minuta. Quam partem proportionalem adde minutis longitu-
 dinis prius acceptis: si minuta secūdo accepta fuerint plura minutis prius ac-
 ceptis. Vel subtrahē ab eis: si fuerint pauciora. et proliet diuersitas aspectus
 Lune in longitudine equata. supposito q̄ Luna sit in principio signi sub quo in-
 trahit: et etiā in auge epicycli et eccentrici. ¶ Si s̄o Luna nō fuerit in locis p̄dici-
 tis: tunc minuta longitudinis nunc inuenta vocantur Diuersitas aspectus in
 longitudine equata pro quibus tñ: hoc est pro horis distantie coniunctionis a me-
 ridiē. et tunc oportet te equare diuersitatem aspectus istam pro 30 diaco eccentrici
 et epicycli. Primum si Luna non fuerit in principio signi: tūc etiam intra sub se-
 quenti signo cū horis distantie coniunctionis a meridiē. et in eadem parte tabule

accipe minuta longitudinis in directo inuenta: et equa etiā pro minutis hore. z habebis minuta hore: eodē modo p̄nitus operādo sicut dictū ē. z habebis diuersitatē aspectus in p̄cedenti signo i longitudie equatā p̄ hore z minutis i p̄cipio signi sequētis illud signū in quo ē luna. ¶ Deinde cōsidera differētia inter minuta longitudinis equate pro hore z minutis signi in quo est luna: z etiā signi sequētis subtrahendo unum ē a maiori. de qua differentia accipe partē proportionalem scdm̄ proportionē gradū: z minuto: ut: z aliarū fractionū signū in quo est luna pertransito: ad totū signū: id est ad. 30. g. z hoc fac scdm̄ doctrinā datā in. 11. Quam partē proportionale adde ad diuersitatē aspectus equatā pro primo signo: si diuersitas aspectus p̄o secundo signo equata fuerit maior. vel subtrahere eam a prima si secunda fuerit minor. Et quod post additionē vel subtractionē pueniet: est diuersitas aspectus equata pro hore z minutis: et pro loco lune in Zodiaco. ¶ Deinde si luna non fuerit in auge epicycli: hoc est q̄n argumentū equatū lune fuerit aliquid in signis aut gradibus z minutis. tunc diuersitatem aspectus iam inuenta opo: tet te equare p̄o remotione lune a b auge epicycli. Et hoc fac illo modo. Cum argumēto lunc equata hore a verissime coniunctionis diebus non equatis intra tabulam equationis diuersitatis aspectus. Et si talē argumentū ibi p̄cesse inuenieris: accipe in directo minuta proportionalia in linea supra quā est scriptū Epicyclus. Si nō tunc argumentū non p̄cesse inuenieris: intra primo cū numero minori p̄p̄iori i tabula scripto. z accipe i directo minuta proportionalia: sicut dictū est. Deinde intra cum maiori numero immediate ibidem inuento: z accipe etiam minuta proportionalia in directo existētia. Deinde scias differentia illorū minuto: z proportionaliū subtrahendo unum ē minuto: z de maiori: i. de qua differentia accipe partē proportionale scdm̄ proportionē gradū z fractionū in argumēto equato contento: ultra signa z gradū cū quib⁹ primo intrasti ad. 6. g. z hoc etiā fac p̄ doctrinā. 11. Quā partē p̄o: portionalē adde minutis primo acceptis: si minuta secundo accepta fuerint plura minutis primo acceptis. vel subtrahere ab eis si fuerint pauciora. z tunc post additionē vel subtractionē habebis minuta p̄o: portionalia equata. scdm̄ quorū p̄o: portione ad. 60. accipe partē p̄o: portionalē de minutis diuersitatis aspectus in longitudine ultimo equatis. s. p̄o Zodiaco. Que pars p̄o: portionalis ostendit quantum diuersitas aspectus sit augmentata propter descensum lune in epicyclo. quam adde diuersitati aspectus primū inuēte. z habebis diuersitatē aspectus tribus modis equatam. s. p̄o hore z minutis: z p̄o loco lune in signo in quo est. z cōner. so pro loco eius in epicyclo. ¶ Et si luna non fuerit in auge eccentrici: quod scies isto modo. Si nullum fuerit centrū mediū lune hora verissime coniunctionis diebus non equatis. tunc in eodem tempore luna est in auge sui eccentrici. z hoc est quando coniunctio media est eadem cum coniunctione vera. Si nō centrum medium fuerit aliquid in gradibus z minutis: tunc luna nō est in auge. tunc oportet te equare p̄o eccentrico. z hoc fac taliter. Cum centrū medio lune intra tabulam equationis diuersitatis aspectus. z intra cū duplici introitu: si oportet: id est si centrum medium non p̄cesse inuenieris: eodem modo faciendū sicut inuen-

diate superius dictum est. & accipe minuta proportionalia in directo existentia
 in linea que intitulatur Eccentricis sedm quoniam proportionem ad 60. minu-
 ta accipe partem proportionalem de diuersitate aspectus linee ultimo iuncta. s.
 equata pro epiciclo. Et illa pars proportionalis ostendit quantum augmentat-
 ur diuersitas aspectus propter descensum epicicli linee ab ange eccentrici. Quas
 adde diuersitati aspectus in longitudine ultimo iuncte. & prouenit diuersitas
 aspectus in longitudine omnibus modis equata: scilicet pro horis et minutis;
 pro Zodiaco epiciclo: et eccentrico. **C**Et nota si cum argumento equato lu-
 ne nihil inuenires in minutis proportionalibus in tabula equationis diuersita-
 tis aspectus. tunc diuersitas aspectus equata pro loco lune in Zodiaco. est etiam
 equata pro epiciclo. Similiter si cum centro medio nihil inuenires de minutis
 proportionalibus. & hoc semper in sua linea sicut dictum est. tunc diuersitas aspe-
 ctus equata pro epiciclo est etiam equata pro eccentrico. **C**habita igitur di-
 uersitate aspectus in longitudine omnibus modis equata: reduc eam ad ean-
